Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0001-2

Dv 1192a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0002-8




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0003-4

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– …liche Abt. –
DÜSSELDORF
V 2414

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0004-9
DFG

VIRIS NOBILISSIMIS

ET

AMPLISSIMIS,

CIVITATIS AMSTELODAMENSIS

CONSULIBUS

PETRO CORNELIO HASSELAER,

JOACHIMO RENDORP,

NICOLAO FAAS,

ABRAHAMO DEDEL,

ET

CONSULARIBUS

JACOBO ELIAS, ARNOLDI FILIO,

WILHELMO GERARDO DEDEL,
SALOMONIS FILIO,

JANO ELIAE HUYDECOPER
A MAARSSEVEEN,

JANO VAN DE POLL,

MATTHIAE STRAALMAN,

FREDERICO ALEWYN,

* HANC

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0005-5

HANC NOVAM PHARMACOPOEAM AMSTELODAMENSEM,

EX IPSORUM AUCTORITATE CONSCRIPTAM,

EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA,

DANT, DICANT, DEDICANT

INSPECTORES COLLEGII MEDICI

HERMANNUS GERARDUS OOSTERDYK, M. D. DECANUS,
NICOLAUS LAURENTIUS BURMANNUS, M. D.
ANDREAS BONN, M. D.
FRANCISCUS EDUARDUS WILLET, M. D.
REINHARDUS WERNERUS LELIUS DE RHOER, PHARMACOPOEUS,
JOANNES FRESCARODE, PHARMACOPOEUS.

PRIDIE KALENDAS SEPTEMBRIS MDCCXCII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0006-1

# PRAEFATIO.

Sexageſimus ſeptimus annus eſt, cum PHARMACOPOEA AMSTELODAMENSIS a majoribus noſtris RENOVATA prodiret, a quo tempore, deletis jam multis antiquarum opinionum commentis, ſenſimque imminuta, ac prope ceſſante perverſa ambitione, quae obtinuerat, in formulis medicinalibus multorum, ſaepe incongruorum, congerie exornandis, ipſaque arte chemica acrius ſubtiliuſque exculta, multum ſane mutata eſt rei pharmaceuticae facies; quod unuſquiſque facile intelliget, qui modo Pharmacopoeas ante dimidium ſeculum compoſitas comparet cum iis, quas noſtro tempore in aliis regionibus editas, et ubique ſumma laude ornatas vidimus.

Nil igitur mirum, multa medicamenta, quae olim in honore erant, jam cecidiſſe, vel in dies magis in deſuetudinem abire; unde factum eſt,


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0007-7 DFG

ut in officinis noſtris medicinalibus, ſecundum normam publicam ex Magiſtratus edicto inſtruendis, magiſtri etiam varias inter ſe miſtarum farraginum ſpecies, quarum nullus hodie uſus eſt, conſervare teneantur, eaſque vix ac ne vix quidem a corruptione et putredine tueantur; dum ſaepe a medicis ea praeſcribuntur, quae in ipſorum codice medicamentario non inveniuntur, ac proinde in variis officinis, ſecundum varias formas, diverſo ſaepe modo, componuntur; qua in re contra optimorum medicorum conſilium atque exſpectationem agi, adeoque aegrorum ſaluti nimium quantum detrimenti afferri poſſe, non opus eſt, ut moneamus.

Quod cum, nobis indicantibus, intellexerunt Nobiliſſimi et Ampliſſimi hujus civitatis Conſules, ut his incommodis occurreretur, hanc nobis provinciam demandarunt, ut novam quandam, huic urbi aptiſſimam, pharmacopoeam conſcriberemus; quorum itaque voluntati lubenter paruimus, non deterriti varii generis difficultatibus, quas hanc operam ſuſcepturi praevidebamus, et in ipſa diſtributione ac pertractatione re vera experti ſumus.

Ardua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0008-3
DFG

Ardua enim et periculoſae aleae plena res eſt hoc tempore dare pharmacopoeam, cum fere quotidie diverſi generis de re pharmaceutica et chemica prodeant libri, tam multas emendationes offerentes, ut, quid eligendum, dubius haereas; quin etiam, ſi quid, quod voluntati tuae reſpondeat, elegeris, non raro tamen in varias illorum, qui vel tecum non idem ſentiunt, vel rerum tuarum non ſatis gnari ſunt, reprehenſiones incurras.

Sic enim, inter alia, apud nos pleraeque frequentiores civitates, quarum cum noſtra maxima eſt communitas, proprias ſuas habent pharmacopoeas, quae omnes ad eandem, his temporibus magna ex parte obſoletam, normam compoſitae ſunt, et tamen ſua auctoritate etiam nunc valent; unde, cum harum etiam quaedem ratio eſſet habenda, in multis minus libere agi poterat.

Praeterea ab una parte cavendum erat, ne officinae nimia praeparatorum et compoſitorum copia obruerentur, ab altera vero medicorum et chirurgorum ingenti in hac urbe numero erat proſpicien-

 dum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0009-1 DFG

dum; ne illos ea deficerent, quae in praxi ſua ſaepius adhibere ſolent.

Dein quotidie accidit, ut quaedam medicamenta, tam interna, quam praecipue externa, veluti unguenta et emplaſtra, in priore pharmacopoea deſcripta, ab ipſo vulgo, inconſulto medico vel chirurgo, ex officinis petantur; quod, cum in tam ampla civitate evitari non poteſt, non plane a nobis negligendum eſſe, putavimus.

Quamobrem in ſeligendis medicaminibus praeſertim inquirendum erat, quaenam ſatis frequenter, quaeve rarius, vel nunquam a medicis aut chirurgis hac in urbe commendari ſoleant; ut etiam, quaenam alii ad ſuum uſum aut ſolamen frequentiſſime ſuppeditari velint.

His vero omnibus de cauſis evenit, ut multis impedimentis retineremur, quo minus laudando illi ſimplicitatis et elegantiae amori, qui apud multos rei pharmaceuticae ſcriptores et in pleriſque noviſſimis pharmacopoeis ubique fere, cum in ſelectu,
tum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0010-2 DFG

tum in compoſitione medicamentorum his temporibus apparuit, noſque etiam habuit ſollicitos, quantum quidem libuiſſet, pareremus.

Et hinc ea ratio repetenda eſt, quod in hoc noſtro medicamentorum catalogo interdum plura occurrant ejuſdem fere virtutis medicae ſpecimina, quorum forte unum alterumve ſufficeret; cum etiam illa invenias, perpauca tamen, quae hodie ex omnibus recentioribus pharmacopoeis exulant, et tamen a nobis retenta ſunt; veluti pulverem comitiſſae Kantii, qui quidem rarius, quam antea, a medicis praeſcribitur, verum frequentiſſime quaeri ſolet ab aliis, quibus, quoad externas dotes, adeo innotuit, ut, ſi quidpiam in hujus forma mutaveramus, magnam ſibi injuriam illatam quererentur. Multis profecto difficultatibus obnoxius eſt labor, contra majorum mores et inveteratas vulgi opiniones diſputare.

In materie medica, ut nunc prudenter fieri ſolet, nominibus, ſic dictis officinalibus, ſyſthematica Linnaeana adjunximus. Quod ſi periti hic inveniant, quae vel addita vel omiſſa mallent, conſiderent, quae modo de

de ſelectu medicaminum dicta ſint. Nonnulla quoque, quae, etſi jure praeparatis annumerari poſſunt, et in priore pharmacopoea annumerata fuerunt, cum aliunde aeque bona minore pretio afferantur, vel ab iis operariis, quorum in magnis labor eſt, commodius et melius elaborari poſſint, in officinis non parabantur, nec etiam a nobis parari placebat, huc tranſtulimus.

E praeparatis et compoſitis pleraque jam obſoleta, vel vix amplius quaeſita, ejecimus; illa vero retinuimus, vel addidimus, quibus propter ſatis frequentem uſum in officinis carere non liceat; ſic quoque pauca quaedam praeſtantiora, ex recentioribus pharmacopoeis deſumta, inſeruimus. Imo etiam, cum ſaepius in noſtra civitate aquae ex ciſternis explorari ſoleant, utrum plumbo inquinatae ſint, nec ne, ut liquorem probatorium Wirtembergicum, eo in examine uſitatiſſimum, ſic et Hahnemanni dedimus, qui prae illo hac virtute valet, ut, ſi quid aqua ferri contineat, pura maneat, ſi vero quid plumbi, colore mutetur.

Formulas

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0012-4

Formulas autem omnes denuo examinavimus, pleraſque prolixiores contraximus, nimis inconcinnas correximus, vel alibi contractas aut correctas aſſumſimus, ita tamen, ut ipſa medicamenta ſuo ſcopo reſpondeant, licet interdum colore, odore, aut ſapore a prius uſitatis differre deprehendantur.

In quibuſdam tamen aquis, ſive ſpiritibus deſtillatis compoſitis, cum externae illae qualitates minus omittendae eſſent, minus etiam ab uſitatis, licet prolixioribus, formis erat recedendum. Sic et in laudani liquidi Sydenhami, uſitatiſſimi apud nos remedii, formula, quidquid in ea, nec immerito, ab optimis de re medica ſcriptoribus reprehendatur, cum in tantum non omnibus patriae noſtrae pharmacopoeis eadem ſit, nequicquam mutavimus; ſolummodo monentes, opium crudum, ex quo illud medicamentum ſecundum ipſam hanc formulam ad auctoris mentem parandum erat, et in pleriſque officinis paratum fuit, e mundiſſima maſſae parte ſumendum eſſe; dum et aliud quoddam laudanum liquidum ex opio puro ſine aromate parandum, ſub titulo tincturae opii vinoſae, exhibuimus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0013-9
DFG

buimus. Electuario autem diapruno ſolutivo, quod uti propter ſcammonium in operatione ſua ſaepe incertum deprehenditur, ſic et a medicis noſtris rarius in uſum vocatur, aliud lenitivum e ſenna conficiendum ſubſtituimus, quod eadem quidem doſi minus eſt purgans, ſed certe tutius, quam illud, ignaro et incauto vulgo concedi poſſit. Omnium vero et ſingulorum rationem ſi reddere vellemus, ultra juſtos praefationis terminos vagaremur. Haec itaque hac de re monuiſſe ſufficiat.

Interea ſedulo operam dedimus, ut deſcripta medicamenta ab omnibus magiſtris aequali modo parari poſſint, quamobrem encheireſes curatius, brevi tamen, explicuimus; nec tantum omnes menſuras rejiciendas, omniaque ad trutinam revocanda cenſuimus, verum etiam hygrometri cujuſdam uſum in officinas introduximus, de quo ad calcem libri plura dicentur.

Denominationes antiquas vix unquam commutavimus, quod prudenter a nobis factum eſſe, quivis intelliget; maxima enim inde apud nos naſceretur

rerum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0014-5

rerum confuſio, dum in aliis regionis noſtrae pharmacopoeis aliis, in noſtris vero aliis, medicamenta inſignirentur nominibus. Interim curavimus, praecipue in praeparatis chemicis, ut uſitatis titulis alia quaedam in aliis, praeſertim nova in noviſſimis pharmacopoeis obvia nomina, tamquam ſynonyma, adderentur; quo iis, quibus haec minus cognita ſint, magis innoteſcant, omneſque facilius varias praeparationes vel compoſitiones in aliis pharmacopoeis invenire poſſint.

Ordo cum arbitrarius ſit, nec ullus, qui non ſuis difficultatibus prematur, unice talem elegimus, qui nobis maxime conveniret, ut plerumque eae formulae, quae poſterioribus inſervire debeant, prius, vel non procul ab his, deſcriptae inveniantur, quod tamen ubique tam ſevere non potuit obſervari, ut ipſa diligentia a nobis adhibita nos non aliquando, raro tamen, defecerit.

Quicunque vero hanc pharmacopoeam in manus ſumit, ſciat, eam praecipue NOVAM apellatam eſſe, ut hoc titulo a priore, quae RENOVATA vocata fuit,

 dignoſcatur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0015-1

dignoſcatur, ſimulque intelligat, ab eis eam eſſe profectam, qui, in multis ſuis occupationibus, quod ſui officii eſſe putarunt, negligere noluerunt. Et cum primi ſimus in hac Republica, qui hac aetate talem operam, ſuſcepimus, plane non dubitamus, quin alii, qui post nos hanc paelaeſtram ingrediantur, plura inventuri ſint, quae vel reprehendant, vel corrigant. His nos occaſionem dediſſe, ut melius publicae ſaluti conſulere poſſint, laetabimur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0016-7

# COPY VAN DE PRIVILEGIE.

De Staaten van Holland en Weſtvrieſland, doen te weeten: Alzoo ons te kennen is gegeeven by de INSPECTORES COLLEGII MEDICI te Amſterdam, dat zy Supplianten, met kennis en goedvinden van de Heeren Burgemeeſteren van dezelve Stad, van voorneemens waren, om uittegeeven, en by Dronsberg, Stads Drukker aldaar, in het Latyn en Duitſch te laaten drukken PHARMACOPOEA AMSTELODAMENSIS NOVA; dan alzoo zy Supplianten beducht waren, dat eenige baatzuchtige luiden het zelve Werk zouden zoeken na te drukken, tot nadeel niet alleen van den voorn. Drukker, maar ook van het gemeen, het welk daar aan ten hoogſten gelegen leide, dat het zelve, onder het oog en opzigt van de Supplianten exactelyk werde gedrukt, en alzoo zonder fauten mogte uitkoomen.

Zoo keerden zig de Supplianten mitsdien tot Ons, eerbiediglyk verzoekende, dat wy de Supplianten geliefden te begunſtigen, om het voorſchreeve Boek alleen, en met ſecluſie van alle anderen, te mogen laaten drukken en uitgeeven, in zodanig formaat en in zodanig een taal, als de Supplianten zouden goedvinden, en dat voor den tyd van Vyftien Jaaren, met interdictie van alle en een iegelyk van hetzelve Boek na te drukken, te verkoopen, ofte elders nagedrukt zynde, in deeze Provintie in te brengen of te verkoopen, alles op zodanig een ſtraffe teegens de Contraventeurs, als wy zouden gelieven goed te vinden, en ten dien einde aan de Supplianten te verleenen Octroy in de beste forma; ook met authoriſatie op de Supplianten, om alzoo alle fraudes en ſuppoſitiën voor te koomen, om de Exemplaaren van het voorsz. Boek te onderteekenen, en geen van dezelve voor Authenticq te houden, als die by een van hun Supplianten zoude weezen geteekent.

ZOO IS 'T, dat wy de zaake en het verzoek voorſchreeve, overgemerkt hebbende, en geneegen weezende ter beede van de Supplianten, uit onze regte wetenſchap, ſouveraine magt en authoriteit dezelven geconſenteerd, geaccordeert en geoctroyeerd hebben, conſenteeren, accordeeren en octroyeeren hen by deezen, dat zy, geduurende den tyd van Vyftien eerst agter een volgende Jaaren, het voorſchreeve Boek, genaamd PHARMACOPOEA AMSTELODAMENSIS NOVA, in diervoegen als zulks by de Supplianten hier vooren is verzogt en uitgedrukt ſtaat, binnen den voorſchreeve onzen Lande, alleen zullen mogen drukken, doen drukken, uitgeeven en verkoopen, met authoriſatie op de Supplianten (om alle fraudes en ſuppoſitien voortekomen) om de Exemplaren van het voorſchreeve Boek te onderteekenen, en geen van dezelve voor authenticq te houden, als die by een van hun Supplianten zal weezen geteekent. Verbiedende daarom allen ende een iegelyken, hetzelve Boek in 't geheel, ofte ten deelen te drukken, naardrukken, te doen naardrukken, te verhandelen ofte verkoopen, ofte elders nagedrukt, binnen den zelven onzen Lande te brengen, uit te geeven ofte te verhandelen en verkoopen, op verbeurte van alle de nagedrukte, ingebragte, verhandelde, ofte verkogte Exemplaaren, ende een boete van Drie duizend Guldens daarenboven te verbeuren, te appliceeren een derde part voor den Officier, die de Calange doen zal, een derde part voor den Armen,

ter plaatſe daar het Caſus voorvallen zal, ende het reſteerende derde part voor de Supplianten, ende dit telkens zoo meenigmaal als dezelve zullen werden agterhaald: Alles in dien verſtande, dat wy de Supplianten met deezen onze Octroye alleen willende gratificeeren, tot verhoeding van hunne ſchade, door het nadrukken van het voorſchreeve Boek, daar door in geenigen deele verſtaan den inhouden van dien te authoriſeeren ofte te advouëeren, ende veel min, hetzelve onder onze protectie ende beſcherminge, eenig meerder credit, aanzien, ofte reputatie te geeven, nemaar de Supplianten in cas daar inne iets onbehoorlyks zoude influeeren, alle het zelve tot hunne laste zal gehouden weezen te verantwoorden, tot dien einde wel expresſelyk begeerende, dat byaldien zy dezen onzen Octroye voor het zelve Boek zullen willen ſtellen; daar van geene geabrivieerde ofte gecontraheerde mentie zullen mogen maaken, nemaar gehouden wezen hetzelve Octroy in 't geheel en zonder eenige omisſie daar voor te drukken, ofte doen drukken, ende dat zy gehouden zullen zyn een Exemplaar van het voorſchreeve Boek, op groot papier, gebonden en wel geconditioneert, te brengen in de Bibliotheecq van onze Univerſiteyt te Leyden, binnen den tyd van zes weeken, na dat zy Supplianten het zelve Boek zullen hebben beginnen uit te geeven, op een boete van Zes honderd Guldens, na expiratie der voorſchreeve zes weeken, by de Supplianten te verbeuren, ten behoeve van de Nederduitſche Armen van de Plaats, alwaar de Supplianten woonen, en voorts op poene van met 'er daat verſteeken te zyn van het effect van deeze Octroye, dat ook de Supplianten, ſchoon by 't ingaan van dit Octrooy een Exemplaar gelevert hebbende aan de voorsz. onze Bibliotheecq, by zo verre zy geduurende den tyd van dit Octroy, het zelve Boek zouden willen herdrukken met eenige obſervatiën, noten, vermeerderingen, veranderingen, correctiën of anders hoe genaamd, of ook in een ander formaat, gehouden zullen zyn wederom een ander Exemplaar van het zelve Boek geconditioneert als vooren, te brengen in de voorsz. Bibliotheecq, binnen denzelven tyd, en op de boeten en poenaliteit als voorſchreeve. Ende ten einde de Supplianten deezen onzen Conſente ende Octroye moge genieten als naar behooren; laſten wy allen ende eenen iegelyken, dien het aangaan mag, dat zy de Supplianten van den inhouden van dezen doen laaten gedoogen ruſtelyk, vredelyk ende volkoomentlyk genieten ende gebruiken, ceſſeerende alle belet ter contrarie. Gegeeven in den Haage, onder onzen grooten Zegele hier aan doen hangen, op den tiende November, in het Jaar onzes Heere en Saligmakers, duyzend ſeven honderd een- en negentig.

L. P. VAN DER SPIEGEL vt.

Ter Ordonnantie van de Staaten,

A. J. ROYER.

Aan de Supplianten zyn nevens dit Octroy ter hand geſteld by Extract authenticq, Haar Ed. Gr. Mog. Reſolutien van den 28 Juny 1715, en 30 April 1728. ten einde om zig daar na te reguleeren.

---

*Nomine Collegii Medici*

N L Burmannus

# ORDO CAPITUM.

PONDERUM RATIO — — — Pag. 1
MATERIA MEDICA — — — — 3
PRAEPARATIONES QUORUNDAM MEDICAMENTORUM SIMPLICIORES — — 31
DECOCTA ET INFUSA AQUOSA — — 37
ACETA INFUSA — — — — 40
ELIXIRIA, INFUSA VINOSA, TINCTURAE — 42
OLEA, EXPRESSIONE VEL COCTIONE, ELICITA — 53
MUCILAGINES — — — — 55
CONSERVAE — — — — — 56
SYRUPI — — — — — — 57
MELLA MEDICATA — — — — 65
ROB ET GELATINAE — — — — 67
EXTRACTA ET RESINAE — — — 70
AQUAE DESTILLATAE ET SPIRITUS SIMPLICES — 78
AQUAE ET SPIRITUS DESTILLATI COMPOSITI — 83
OLEA DESTILLATA — — — — 87
SALES — — — — — — 92



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0019-7

SPIRITUS CUM ACIDO, VITRIOLI VEL NITRI, DESTILLATI — — — Pag. 1[illegible]
MAGNESIA — — — — — 119
PRAEPARATA E CALCE ET SULPHURE — 120
PRAEPARATA METALLICA — — — 122
PULVERES — — — — — 142
TROCHISCI — — — — — 148
PILULAE — — — — — 150
ELECTUARIA — — — — — 154
LIQUORES MISTI AD USUS EXTERNOS — 157
OLEA INFUSA COCTA — — — 159
BALSAMA, LINIMENTA, UNGUENTA — — 160
EMPLASTRA — — — — — 171
HYGROMETRI RATIO ET USUS — — 179

PHARMACOPOEA

# PHARMACOPOEA
# AMSTELODAMENSIS
# NOVA.

## PONDERUM RATIO.

Ut evitentur errores, qui, variante diverſorum fluidorum pondere ſpecifico, facile oriuntur ex promiſcuo menſurarum et ponderum uſu, omnia medicamenta tam fluida quam ſolida ad trutinam revocare decrevimus. Utimur vero libra medica, quae tantum valet tres quartas partes librae communis, et hac ratione dividitur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0021-3

| | |
|---|---|
| LIBRA continet | uncias duodecim, |
| SESQUILIBRA | uncias octodecim, |
| SEMILIBRA | uncias ſex. |
| UNCIA habet | drachmas octo, |
| SESCUNCIA | drachmas duodecim, |
| SEMUNCIA | drachmas quatuor. |
| DRACHMA valet | ſcrupulos tres, |
| SESQUIDRACHMA | ſcrupulos quatuor cum dimidio, |
| SEMIDRACHMA | ſcrupulum unum et dimidium. |

SCRUPULUS componitur viginti granis.

MA-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0022-9

# MATERIA MEDICA.

## A.

| | |
|---|---|
| Abrotanum, *folia.* | Artemiſia *Abrotanum.* LINN. S. N. |
| Abſinthium vulgare, *folia et ſummitates florentes.* | Artemiſia *Abſinthium.* |
| Acacia Germanica, *flores et fructus*, Pruna ſylveſtria *dicti*, *ſuccus.* | Prunus *ſpinoſa.* |
| Acetoſa pratenſis, *radix*, *folia.* | Rumex *Acetoſa.* |
| Acetoſella, *herba recens.* | Oxalis *Acetoſella.* |
| Acetum vini. | |
| Acidum vitrioli, *vulgo* oleum vitrioli. | |
| Aconitum, *radix*, *herba.* | Aconitum *Napellus.* |
| Acorus, Calamus aromaticus, *radix.* | Acorus *Calamus.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0023-5

| | |
|---|---|
| AErugo, viride aeris. | |
| Agaricus albus. | Boletus *Laricis*. |
| Agaricus quernus praeparatus. | Boletus *igniarius*. |
| Agrimonia, *herba*. | Agrimonia *Eupatoria*. |
| Ageratum, *herba* | Achillea *Ageratum*. |
| Alcanna, *radix*. | Anchuſa *tinctoria*. |
| Alchemilla, *herba*. | Alchemilla *vulgaris*. |
| Alkekengi, *baccae*. | Phyſalis *Alkekengi*. |
| Allium, *radix*. | Allium *ſativum*. |
| Aloë hepatica, et ſocotorina, *gummi-reſina*. | Aloë *perfoliata*. |
| Aloës lignum. | Agallochum. |
| Althaea, *radix*, *folia*, *flores*. | Althaea *officinalis*. |
| Alumen rupeum, ſive crudum. | Alumen *commune*. |
| Ambra griſea. | Ambra *ambroſiaca*. |
| Amygdalus amara et dulcis, *nucleus*. | Amygdalus *communis*. |
| Amylum. | |
| Anagallis, *herba*. | Anagallis *arvenſis*. |
| Anethum, *ſemen*. | Anethum *graveolens*. |
| Angelica, *radix*, *ſemen*. | Angelica *Archangelica*. |
| Anguſtura, *cortex*. | |

Ani-

| | |
|---|---|
| Aniſum, *ſemen.* | Pimpinella *Aniſum.* |
| Aniſum ſtellatum, *ſemen.* | Illicium *aniſatum.* |
| Antimonium. | Stibium *ſtriatum.* |
| Apium, *radix recens, ſemen.* | Apium *graveolens.* |
| Arabicum gummi. | Mimoſa *nilotica.* |
| Argentum cupellatum et foliatum. | Argentum *nativum.* |
| Argentum vivum, Mercurius, Hydrargyrus. | Hydragyrum *virgineum.* |
| Ariſtolochia longa, *radix.* | Ariſtolochia *longa.* |
| Ariſtolochia rotunda, *radix.* | Ariſtolochia *rotunda.* |
| Armoracia, Raphanus ruſticanus, *radix.* | Cochlearia *Armoracia.* |
| Arnica, *radix, folia, flores.* | Arnica *montana.* |
| Arſenicum. | Arſenicum *nudum.* |
| Artemiſia, *folia, ſummitates florentes.* | Artemiſia *vulgaris.* |
| Arum, *radix recens.* | Arum *maculatum.* |
| Aſſa foetida, *gummi-reſina.* | Ferula *Aſſa foetida.* |
| Aſarum, *radix, folia.* | Aſarum *europaeum.* |
| Aſparagus, *radix.* | Aſparagus *officinalis.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0025-7 DFG

| | |
|---|---|
| Avena, *ſemen.* | Avena *ſativa.* |
| Aurantium Curaſſavicum et Hiſpalenſe, *folia*, *flores* Naphae *dicti*, *fructûs ſuccus et cortex exterior recens et ſiccatus.* | Citrus *Aurantium.* |
| Auripigmentum. | Pyrites *Auripigmentum.* |
| Aurum foliatum. | Aurum *nativum.* |
| Axungia porci. | |

B.

| | |
|---|---|
| Balauſtiorum flores v. Granatum. | |
| Balſamum Canadenſe. | Pinus *Balſamea.* |
| Balſamum Copaïvae. | Copaïfera *officinalis.* |
| Balſamum de Mecca. | Amyris *Opobalſamum.* |
| Balſamum Peruvianum nigrum. | Myroxylum *peruïferum.* |
| Balſamum Tolutanum. | Toluifera *Balſamum.* |
| Bardana, *radix.* | Arctium *Lappa.* |
| Baſilicum, *herba.* | Ocymum *Baſilicum.* |

Bdel-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0026-2

| | |
|---|---|
| Becabunga, *herba virens.* | Veronica *Beccabunga.* |
| Belladonna, *radix, folia.* | Atropa *Belladonna.* |
| Benzoë, *reſina.* | Styrax *Benzoïn.* |
| Berberis, *baccae, fructus conditi.* | Berberis *vulgaris.* |
| Betonica, *herba, flores.* | Betonica *officinalis.* |
| Betula, *folia tenerrima.* | Betula *alba.* |
| Bezoar orientalis. | Calculus *Bezoar.* |
| Biſtorta, *radix.* | Polygonum *Biſtorta.* |
| Bolus Armena. | Argilla *Bolus.* |
| Borax. | Borax *tincal.* |
| Borrago, *herba, flores.* | Borago *officinalis.* |
| Bugloſſum, *herba, flores.* | Anchuſa *officinalis.* |
| Boviſta praeparata. | Lycoperdon *Boviſta.* |
| Braſſica rubra. | Braſſica *oleracea rubra.* |
| Bryonia, *radix.* | Bryonia *alba.* |
| Butyrum recens, inſulſum. | |

## C.

| | |
|---|---|
| Cacao, *fructus.* | Theobroma *Cacao.* |
| Cajeput, *oleum deſtillatum.* | Melaleuca *Leucadendron.* |

Ca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0027-8 DFG

| | |
|---|---|
| Calaminaris lapis. | Zincum *Calaminaris.* |
| Calamintha, *herba.* | Meliſſa *Calamintha.* |
| Calamus aromaticus v. Acorus. | |
| Calendula, *flores.* | Calendula *officinalis.* |
| Calx viva. | |
| Campechenſe lignum. | Haematoxylum *Campechianum.* |
| Camphora. | Laurus *Camphora.* |
| Cancrorum *chelae.* | Cancer *Pagurus.* |
| Cancrorum *lapides* oculi *dicti.* | Cancer *Aſtacus.* |
| Canella alba, *cortex.* | Winterania *Canella.* |
| Cannabis, *ſemen.* | Cannabis *ſativa.* |
| Cantharis. | Meloë *veſicatorius.* |
| Capillus veneris, *herba.* | Adiantum *Capillus veneris.* |
| Capparis, *cortex radicis.* | Capparis *ſpinoſa.* |
| Cardamomum minus, *ſemen.* | Amomum *Cardamomum.* |
| Carduus benedictus, *herba, ſummitates.* | Centaurea *benedicta.* |
| Carica, *fructus.* | Ficus *Carica.* |
| Carvi, *ſemen.* | Carum *Carvi.* |
| Caryophyllata, *radix.* | Geum *urbanum.* |

Ca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0028-4

| | |
|---|---|
| Caryophyllus aromaticus, *fructus, oleum deſtillatum.* | Caryophyllus *aromaticus.* |
| Caryophyllus ruber, Tunica, *flores.* | Dianthus *Caryophyllus.* |
| Caſcarilla, *cortex.* | Croton *Caſcarilla.* |
| Caſſia fiſtularis, *fructus.* | Caſſia *fiſtula.* |
| Caſſia lignea, *cortex.* | Laurus *Caſſia.* |
| Caſtoreum Siberinum. | Caſtor *Fiber.* |
| Catechu, *vulgo* terra Japonica. | Mimoſa *Catechu.* |
| Centaurium minus, *ſummitates florentes.* | Gentiana *Centaurium.* |
| Cepa, *radix.* | Allium *Cepa.* |
| Cera alba *et* flava. | Apis *mellifica.* |
| Cerefolium, *herba.* | Scandix *Cerefolium.* |
| Ceruſſa. | |
| Chamaedrys, *herba, ſummitates.* | Teucrium *Chamaedrys.* |
| Chamaepitys, *herba, ſummitates.* | Teucrium *Chamaepitys.* |
| Chamaemelum Romanum, *flores.* | Anthemis *nobilis.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0029-2

| | |
|---|---|
| Chamaemelum vulgare, *herba*, *flores*. | Matricaria *Chamomilla*. |
| Chelidonium majus, *herba*. | Chelidonium *majus*. |
| China, *radix*. | Smilax *China*. |
| China China, cortex Peruvianus, *flavus*, *ruber* et *regius*. | Cinchona *officinalis*. |
| Cicer rubrum, *ſemen*. | Cicer *arietinum*. |
| Cichoreum, *radix*, *herba*. | Cichoreum *Intybus*. |
| Cicuta, *folia*, *ſemen*. | Conium *maculatum*. |
| Cina, *ſemen*. | Artemiſia *Contra*. |
| Cinara, *folia*. | Cynara *Scolymus*. |
| Cineres clavellati. | |
| Cinnabaris factitia. | Hydrargyrum *Cinnabaris*. |
| Cinnamomum Zeilonenſe, *cortex*, *oleum deſtillatum*. | Laurus *Cinnamomum*. |
| Citrus, *fructûs ſuccus*, *ejusque cortex exterior*. | Citrus *medica*. |
| Coccionella. | Coccus *Cacti*. |
| Cochlearia, *herba recens*. | Cochlearia *officinalis*. |
| Colchicum, *radix recens*. | Colchicum *autumnale*. |
| Colocynthis, *fructus*. | Cucumis *Colocynthis*. |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0030-3
DFG

| | |
|---|---|
| Colomba, *radix.* | |
| Colophonium. | |
| Colubrinum *lignum.* | Strychnos *colubrina.* |
| Conſolida major, Symphytum, *radix.* | Symphytum *officinale.* |
| Contrajerva, *radix.* | Dorſtenia *Contrajerva.* |
| Corallina, Muſcus marinus. | Corallina *officinalis.* |
| Corallium rubrum. | Iſis *nobilis.* |
| Coriandrum, *ſemen.* | Coriandrum *ſativum.* |
| Cornu cervi. | Cervus *Elaphus.* |
| Cortex Peruvianus v. China China. | |
| Creta alba. | Calx *Creta.* |
| Crocus, *florum ſtigmata.* | Crocus *ſativus autumnalis* |
| Cryſtalli tartari, *qui, in pulverem redacti*, Cremor tartari, *dicuntur.* | Tartarus *vini.* |
| Cubeba, *fructus.* | Piper *Cubeba.* |
| Cucumis, *fructus recens*, *ſemen.* | Cucumis *ſativus.* |
| Cucurbita, *ſemen.* | Cucurbita *lagenaria.* |
| Culilawan, *cortex*, *oleum deſtillatum.* | Laurus *Culilawan.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0031-9

| | |
|---|---|
| Cuminum, *ſemen.* | Cuminum *Cyminum.* |
| Cuprum. | Cuprum *nativum.* |
| Curcuma, *radix.* | Curcuma *longa.* |
| Cuscuta, *herba cum floribus.* | Cuscuta *europoea.* |
| Cyanus, *flores.* | Centaurea *Cyanus.* |
| Cyclamen, *radix.* | Cyclamen *europaeum.* |
| Cydonia mala, *fructus*, *ſemen.* | Pyrus *Cydonia.* |
| Cynoglosſa, *radix*, *herba.* | Cynoglosſa *officinalis.* |
| Cynosbatos, *fructus.* | Roſa *canina.* |

D.

| | |
|---|---|
| Daucus creticus, *ſemen.* | Athamanta *cretenſis.* |
| Daucus ſylveſtris, *ſemen.* | Daucus *Carota.* |
| Dictamnus, *radix.* | Dictamnus *albus.* |
| Digitalis, *herba.* | Digitalis *purpurea.* |
| Dracunculus, *herba recens.* | Artemiſia *Dracunculus.* |
| Dulcamara, *ſtipites.* | Solanum *Dulcamara.* |

E.

| | |
|---|---|
| Elemi, *reſina.* | Amyris *Elemifera.* |

Enu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0032-5

| | |
|---|---|
| Enula, Helenium, *radix*. | Inula *Helenium*. |
| Eryngium, *radix*. | Eryngium *campeſtre*. |
| Euphorbium, *gummi-reſina*. | Euphorbia *officinarum*. |

F.

| | |
|---|---|
| Fel bovillum. | Bos *Tauri*. |
| Ferrum, Chalybs, Mars. | Ferrum *ſelectum*. |
| Ficus v. Carica. | |
| Filix mas, *radix*. | Polypodium *Filix mas*. |
| Flammula jovis, *folia*, *flores*. | Clematis *recta*. |
| Foeniculum dulce, *ſemen*. | Anethum *Foeniculum*. |
| Foeniculum vulgare, *radix*, *ſemen*. | Anethum *Foeniculum* var. β. |
| Foenum Graecum, *ſemen*. | Trigonella *Foenum Graecum*. |
| Fragaria, *fructus*, *folia*. | Fragaria *veſca*. |
| Fraxinus, *cortex*. | Fraxinus *excelſior*. |
| Fuligo ſplendens. | |
| Fumaria, *herba recens*. | Fumaria *officinalis*. |

G.

| | |
|---|---|
| Galanga minor, *radix*. | Maranta *Galanga*. |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0033-1 DFG

| | |
|---|---|
| Galbanum, *gummi-reſina.* | Bubon *Galbanum.* |
| Gallae quercinae. | Nidi Cynipidis quercus *nigrae.* |
| Gambogia, Gummi guttae, *gummi-reſina.* | Cambogia *Gutta.* |
| Garou v. Mezereum. | |
| Geniſta, *ſummitates*, *ſemen.* | Spartium *ſcoparium.* |
| Gentiana rubra, *radix.* | Gentiana *lutea.* |
| Geoffroea Surinamenſis, *cortex.* | Geoffroea *ſpinoſa.* |
| Glycyrrhiza, Liquiritia, *radix*, *ſuccus ſpiſſatus.* | Glycyrrhiza *glabra.* |
| Gramen, *radix.* | Triticum *repens.* |
| Grana Paradiſi, *ſemen.* | Amomum *Grana Paradiſi.* |
| Granatum, *cortex*, *fructus*, *flores pleni*, Balauſtia, *dicti.* | Punica *Granatum.* |
| Gratiola, *herba.* | Gratiola *officinalis.* |
| Guajacum, *lignum*, *cortex*, *gummi-reſina.* | Guajacum *officinale.* |

## H.

| | |
|---|---|
| Haematites lapis. | Ferrum *Haematites.* |

He-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0034-6 DFG

| | |
|---|---|
| Hedera terreſtris, *herba.* | Glecoma *hederacea.* |
| Helenium v. Enula. | |
| Helleborus albus, Veratrum, *radix.* | Veratrum *album.* |
| Helleborus niger, Melampodium, *radix.* | Helleborus *niger.* |
| Helminthochortos, muſcus Corſicanus. | Muſcus *Helminthochortos.* |
| Hippocaſtanum, *cortex.* | Aesculus *Hippocaſtanum.* |
| Hordeum, *ſemen decorticatum et perlatum.* | Hordeum *diſtichon.* |
| Hydrargyrus, v. Argentum vivum. | |
| Hydrolapathum, *radix.* | Rumex *aquaticus.* |
| Hyoſciamus, *folia*, *ſemen.* | Hyoſciamus *niger.* |
| Hypericum, *ſummitates.* | Hypericum *perforatum.* |
| Hyſſopus, *herba*, *ſummitates.* | Hyſſopus *officinalis.* |

## J.

| | |
|---|---|
| Jalappa, *radix.* | Convolvulus *Jalappa.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0035-2

| | |
|---|---|
| Ichthyocolla. | Acipenſer *Huſo.* |
| Illecebra v. Sedum acre. | |
| Imperatoria, *radix.* | Imperatoria *Oſtrutium.* |
| Ipecacuanha, *radix.* | Pſychotria *emetica?* |
| Iris Florentina, *radix.* | Iris *florentina.* |
| Iris noſtras, *radix.* | Iris *germanica.* |
| Juniperus, *lignum*, *baccae et rob.* | Juniperus *communis.* |

K.

| | |
|---|---|
| Kermes grana. | Nidi Cocci *baphicae.* |
| Kino *reſina.* | |

L.

| | |
|---|---|
| Labdanum *ſeu* Ladanum, *gummi-reſina.* | Ciſtus *creticus.* |
| Lac vaccinum. | |
| Lacca, *gummi-reſina*, *in tabulis.* | Croton *lacciferum.* |

La-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0036-8

| | |
|---|---|
| Lapathum acutum, Oxylapathum, *radix*. | Rumex *acutus*. |
| Lavendula, *ſpicae florentes, flores*. | Lavandula *ſpica*. |
| Laurus, *folia*, *baccae*, *oleum expreſſum*, Laurinum, *dictum*. | Laurus *nobilis*. |
| Lentiſcum v. Maſtiche. | |
| Leviſticum, *radix*, *herba*, *ſemen*. | Liguſticum *Leviſticum*. |
| Lilium album, *radix*, *florum petala recentia*. | Lilium *candidum*. |
| Lilium convallium, *flores*. | Convallaria *majalis*. |
| Linum, *ſemen*, *farina*, *oleum expresſum*. | Linum *uſitatiſſimum*. |
| Liquiritiae ſuccus v. Glycyrrhiza. | |
| Lithargyrus. | |
| Lobelia, *radix*. | Lobelia *ſyphilitica*. |
| Lopeziana, *radix*. | Morus *indica?* |
| Lycopodium, *farina ſeu pollen*. | Lycopodium *clavatum*. |

## M.

| | |
|---|---|
| Macis v. Moſchata nux. | |
| Majorana, *herba.* | Origanum *Majorana.* |
| Malva, *herba, flores, ſemen.* | Malva *ſylveſtris.* |
| Manna, *ſuccus concretus.* | Fraxinus *Ornus.* |
| Marrubium album, *herba.* | Marrubium *vulgare.* |
| Mars v. Ferrum. | |
| Marum Syriacum, *herba.* | Teucrium *Marum.* |
| Maſtiche, *reſina, lignum,* Lentiſcinum, *dictum.* | Piſtacia *Lentiscus.* |
| Matricaria, *herba, flores.* | Matricaria *Parthenium.* |
| Mechoacanna, *radix.* | Convolvulus *Mechoacanna.* |
| Mel. | |
| Melilotus, *herba, flores.* | Trifolium *Melilotus officinalis.* |
| Meliſſa, *herba.* | Meliſſa *officinalis.* |
| Mentha criſpa, *herba.* | Mentha *criſpa.* |
| Mentha piperitis, *herba.* | Mentha *piperita.* |
| Mercurialis, *herba.* | Mercurialis *annua.* |
| Mercurius, v. Argentum vivum. | |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0038-0

| | |
|---|---|
| Meſpilus, *fructus immaturus.* | Meſpilus *germanica.* |
| Mezereum, *cortex*, Garou, *dictus.* | Daphne *Mezereum.* |
| Millefolium, *folia*, *ſummitates florentes.* | Achillea *Millefolium.* |
| Millepedae. | Oniſcus *Aſellus.* |
| Minium. | |
| Morus, *fructus.* | Morus *nigra.* |
| Moſchata nux, *ejus involucrum* Macis *dictum*, *oleum expreſſum et deſtillatum* Nucis moschatae *et oleum deſtillatum* Macis. | Myriſtica *fragrans vel moſchata.* |
| Moſchus. | Moſchus *moſchiferus.* |
| Muſcus iſlandicus. | Lichen *iſlandicus.* |
| Muſcus quercinus. | Lichen *plicatus.* |
| Myrrha, *gummi-reſina.* | |
| Myrtillus, *baccae.* | Vaccinium *Myrtillus.* |
| Myrtus, *baccae*, *folia.* | Myrtus *communis.* |
| Myrtus brabantica, *folia.* | Myrica *Gale.* |

## N.

| | |
|---|---|
| Naſturtium aquaticum, *herba recens.* | Siſymbrium *Naſturtium.* |
| Nepeta, *herba.* | Nepeta *Cataria.* |
| Nicotiana, *folia.* | Nicotiana *Tabacum.* |
| Nihil album v. Pompholyx. | |
| Nitrum. | Nitrum *nativum.* |
| Nux Moſchata v. Moſchata Nux. | |
| Nux vomica. | Strychnos *Nux vomica.* |

## O.

| | |
|---|---|
| Oleum vitrioli. | Acidum vitriolicum. |
| Olibanum *gummi-reſina.* | Juniperus *Lycia.* |
| Oliva, *fructus*, *oleum expreſſum.* | Olea *europoea.* |
| Ononis, *radix*, *herba.* | Ononis *ſpinoſa.* |
| Opium, *ſuccus ſpiſſatus.* | Papaver *ſomniferum.* |
| Opoponax, *gummi-reſina.* | Paſtinaca *Opoponax.* |
| Origanum, *herba*, *flores.* | Origanum *vulgare.* |

Ory-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0040-9

| | |
|---|---|
| Origanum creticum, *herba.* | Origanum *creticum.* |
| Oryza, *ſemen decorticatum.* | Oryza *ſativa.* |
| Oſtrearum teſtae. | Oſtrea *edulis.* |
| Oxylapathum v. Lapathum acutum. | |
| Ovum *gallinaceum.* | |

## P.

| | |
|---|---|
| Paeonia, *radix, folia, ſemen.* | Paeonia *officinalis.* |
| Palma, *oleum expreſſum.* | Palma *oleoſa.* |
| Papaver album, *capita, ſemen.* | Papaver *ſomniferum.* |
| Papaver erraticum, Rhoeas, *florum petala.* | Papaver *Rhoeas.* |
| Pareira brava, *radix.* | Ciſſampelos *Pareira.* |
| Parietaria, *herba.* | Parietaria *officinalis.* |
| Paſſulae majores. | Vitis *viniſera.* |
| Paſſulae minores. | Vitis *apyrena.* |
| Pechurim, *fabae.* | Laurus *americana?* |
| Pentaphyllum, *radix.* | Potentilla *reptans* |
| Petroleum Barbadenſe. | Bitumen *Petroleum.* |

| | |
|---|---|
| Petroſelinum, *radix*, *herba*, *ſemen*. | Apium *Petroſelinum*. |
| Pimenta, Piper Jamaïcenſe, *fructus*. | Myrtus *Pimenta*. |
| Pimpinella alba, *radix*, *herba*. | Pimpinella *Saxifraga*. |
| Piper album et nigrum, *fructus*. | Piper *nigrum*. |
| Piper Jamaïcenſe v. Pimenta. | |
| Piper longum, *fructus*. | Piper *longum*. |
| Pix Burgundica. | Pinus *Abies*. |
| Pix liquida et ſolida. | Pinus *ſylveſtris*. |
| Plantago, *radix*, *folia virentia*. | Plantago *major*. |
| Plumbum, Saturnus. | Plumbum *nativum*. |
| Polygala amara, *radix*. | Polygala *amara*. |
| Polygala vulgaris, *radix*, *herba*. | Polygala *vulgaris*. |
| Polypodium, *radix*. | Polypodium *vulgare*. |
| Poma acida. | Pyrus *Malus*. |
| Pompholyx, Nihil album. | Zincum *mineraliſatum*. |
| Populus, *oculi ſeu gemmae*. | Populus *nigra*. |

Por-

| | |
|---|---|
| Portulaca, *herba recens.* | Portulaca *oleracea.* |
| Primula veris, *herba, flores.* | Primula *veris.* |
| Pruna gallica, *fructus.* | Prunus *domeſtica.* |
| Pſyllium, *ſemen.* | Plantago *Pſyllium.* |
| Pulegium, *herba, flores.* | Mentha *Pulegium.* |
| Pulmonaria, *herba.* | Pulmonaria *officinalis.* |
| Pulſatilla nigricans, *herba cum floribus.* | Anemone *pratenſis.* |
| Pyrethrum, *radix.* | Anthemis *Pyrethrum.* |

Q.

| | |
|---|---|
| Quaſſia, *lignum, cortex.* | Quaſſia *amara.* |
| Quercus, *cortex.* | Quercus *Robur.* |

R.

| | |
|---|---|
| Rapa, *ſemen, ejusque oleum expreſſum.* | Braſſica *Rapa.* |
| Raphanus niger, *radix recens.* | Raphanus *ſativus.* |
| Raphanus ruſticanus, v. Armoracia. | |
| Reſina alba et flava, ſeu citrina. | Pinus *Abies et ſylveſtris.* |

Rha-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0043-6

| | |
|---|---|
| Rhabarbarum, Rheum, *radix.* | Rheum *palmatum et compactum.* |
| Rhamnus catharticus, Spina cervina, *baccae.* | Rhamnus *catharticus.* |
| Rhodium lignum. | Convolvulus *ſcoparius?* |
| Ribes rubrum, *baccae recentes.* | Ribes *rubrum.* |
| Ribes nigrum, *baccae recentes, turiones.* | Ribes *nigrum.* |
| Ricinus, *ſemen.* | Ricinus *communis.* |
| Roſa pallida, *florum petala.* | Roſa *centifolia.* |
| Roſa rubra, *florum petala.* | Roſa *gallica.* |
| Rosmarinus, *folia, flores,* Anthos, *dicti.* | Rosmarinus *officinalis.* |
| Rubia tinctorum, *radix.* | Rubia *tinctorum.* |
| Rubus idaeus, *baccae.* | Rubus *idaeus.* |
| Ruta, *herba.* | Ruta *graveolens.* |

S.

| | |
|---|---|
| Sabadilla, *ſemen.* | Veratrum *Sabadilla?* |
| Sabina, *folia.* | Juniperus *Sabina.* |
| Saccharum rubrum, album, canthum. | Saccharum *officinarum.* |

Sa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0044-2 DFG

| | |
|---|---|
| Saccharum lactis. | . |
| Sagapenum, *gummi-reſina.* | Ferula? |
| Sal Acetoſellae. | |
| Sal Anglicus amarus catharticus. | Magneſia *vitriolata* PHARM. LOND. |
| Sal ammoniacus. | Ammonia *muriata.* P. L. |
| Sal gemmae. | Muria *montana.* |
| Sal marinus. | Muria *marina.* |
| Salab, *radix.* | Orchis *morio.* |
| Salicornia, *herba virens.* | Salicornia *herbacea.* |
| Salix alba, *ramulorum cortex.* | Salix *alba.* |
| Salvia, *folia.* | Salvia *officinalis.* |
| Sambucus, *cortex medius, flores, baccae.* | Sambucus *nigra.* |
| Sandaraca, *reſina.* | Juniperus *communis.* |
| Sanguis draconis, *gummi-reſina.* | Pterocarpus *Draco.* |
| Santalum citrinum, *lignum.* | Santalum *album.* |
| Santalum rubrum, *lignum.* | Pterocarpus *Santalinus.* |
| Santonicum, *ſemen.* | Artemiſia *Santonicum.* |
| Sapo albus Hiſpanus et Venetus. | |
| Saponaria, *radix, herba.* | Saponaria *officinalis.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0045-8 DFG

| | |
|---|---|
| Sarcocolla, *gummi-reſina.* | Penaea *mucronata.* |
| Sarſaparilla, *radix.* | Smilax *Sarſaparilla.* |
| Saſſafras, *lignum ejusque cortex.* | Laurus *Saſſafras.* |
| Satureja, *herba.* | Satureja *hortenſis.* |
| Scabioſa, *herba.* | Scabioſa *arvenſis.* |
| Scammonium, *gummi-reſina.* | Convolvulus *Scammonea.* |
| Scilla, *radix.* | Scilla *maritima.* |
| Scordium, *herba.* | Teucrium *Scordium.* |
| Scorſonera, *radix.* | Scorſonera *hiſpanica.* |
| Sedum acre, Illecebra, *herba recens.* | Sedum *acre.* |
| Sempervivum majus, *folia recentia.* | Sempervivum *tectorum.* |
| Senega, *radix.* | Polygala *Senega.* |
| Senna, *folia.* | Caſſia *Senna.* |
| Serpentaria Virginiana, *radix.* | Ariſtolochia *Serpentaria.* |
| Serpyllum, *ſummitates ſlorentes.* | Thymus *Serpyllum.* |
| Sevum bovillum. | |
| Sevum hircinum et ovillum. | |
| Simaruba, *cortex.* | Quaſſia *Simaruba.* |
| Sinapi, *ſemen.* | Sinapis *nigra* et *alba.* |

Si-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0046-4

| | |
|---|---|
| Sium, *herba.* | Sium *nodiflorum.* |
| Smalthum. | |
| Soda. | Natrum *antiquorum.* |
| Solidago Saracenica, *herba.* | Solidago *canadenſis* et *Virga aurea.* |
| Sperma ceti. | Phyſeter *macrocephalus.* |
| Spica Celtica, *radix.* | Valeriana *celtica.* |
| Spigelia, *radix*, *herba.* | Spigelia *anthelmia* et *marilandica.* |
| Spiritus frumenti. | |
| Spiritus juniperi. | |
| Spiritus vini tenuior, vulgo *Brandewyn*, cujus pondus ſpecificum plerumque est ad pondus aquae deſtillatae, ut 931 vel 936 ad 1000. | |
| Spiritus vini fortior, venalis ſub titulo *Brandewyn* vel *Voorloop drie quart*, cujus pondus ſpecificum plerumque est ad pondus aquae deſtillatae, ut 907 vel 911 ad 1000. | |
| Spiritus vini rectificatus, | |

| | |
|---|---|
| cujus pondus ſpecificum ſit ad pondus aquae deſtillatae, ut 884 ad 1000. | |
| Spiritus vini rectificatiſſimus, cujus pondus ſpecificum ſit ad pondus aquae deſtillatae, ut 835 ad 1000. | |
| Spongia. | Spongia *officinalis*. |
| Stannum Anglicum. | |
| Staphiſagria, *ſemen*. | Delphinium *Staphiſagria*. |
| Stoechas, *flores*. | Lavendula *Stoechas*. |
| Stramonium, *herba*. | Datura *Stramonium*. |
| Styrax, *reſina in granis*. | Styrax *officinalis* |
| Styrax liquida, *reſina*. | Liquidambar *ſtyraciflua*. |
| Succinum album et rubrum. | Succinum *electricum*. |
| Sulphur ejusque flores. | Pyrites *nativus*. |

T.

| | |
|---|---|
| Tacamahaca, *reſina*. | Populus *balſamifera*. |
| Tamarindus, *fructus*. | Tamarindus *indica*. |
| Tamariſcus, *cortex*. | Tamarix *germanica*. |
| Tanacetum, *herba*, *ſummitates*, *ſemen*. | Tanacetum *vulgare*. |

| | |
|---|---|
| Taraxacum, *herba*, *radix*. | Leontodon *Taraxacum*. |
| Tartarus albus et ruber. | Tartarus *vini*. |
| Terebinthina larigena, *vulgo* Veneta *dicta*, *reſina*, *oleum deſtillatum*. | Pinus *Larix*. |
| Thymus, *herba*. | Thymus *vulgaris*. |
| Thus, *reſina*. | Juniperus *lycia*. |
| Tilia, *flores*. | Tilia *europaea*. |
| Tormentilla, *radix*. | Tormentilla *erecta*. |
| Tragacantha, *gummi*. | Aſtragalus *Tragacantha*. |
| Trifolium aquaticum, ſive fibrinum, *herba*. | Menyanthes *trifoliata*. |
| Triticum, *farina*. | Triticum *hibernum*. |
| Turpethum, *radix*. | Convolvulus *Turpethum*. |
| Tusſilago, *folia*. | Tuſſilago *Farfara*. |
| Tutia. | |

## V.

| | |
|---|---|
| Valeriana ſylveſtris, *radix*. | Valeriana *officinalis*. |
| Verbaſcum, *folia*, *flores*. | Verbaſcum *Thapſus*. |
| Veronica, *herba*. | Veronica *officinalis*. |
| Vincetoxicum, *radix*. | Aſclepias *Vincetoxicum*. |

| | |
|---|---|
| Vina varia. | |
| Viola, *flores.* | Viola *odorata.* |
| Viola tricolor, *herba.* | Viola *tricolor.* |
| Vipera. | Coluber *Berus.* |
| Viſcum quercinum, *lignum.* | Viſcum *album.* |
| Vitriolum album. | Vitriolum *Zinci.* |
| Vitriolum coeruleum. | Vitriolum *Cupri.* |
| Vitriolum viride. | Vitriolum *Ferri.* |

U.

| | |
|---|---|
| Ulmus, *cortex interior.* | Ulmus *campeſtris.* |
| Urtica, *herba virens.* | Urtica *dioica.* |
| Uva urſi, *folia.* | Arbutus *Uva urſi.* |

Z.

| | |
|---|---|
| Zedoaria, *radix.* | Kaempferia *rotunda.* |
| Zincum. | |
| Zingiber, *radix, Zingiber conditum, ejusque ſyrupus.* | Amomum *Zingiber.* |

PRAE-

# PRAEPARATIONES QUORUNDAM MEDICAMENTORUM SIMPLICIORES.

## ADIPIS, AXUNGIAE PORCI, SEVI OVILLI, SIMILIUMQUE PRAEPARATIO.

Demtis membranis, venulis et fibris, tamdiu aquâ abluantur, donec haec nullo cruore tincta effluat. Tunc liquefiant, colentur, et ab aëris injuriâ ſerventur immunia.

## AERUGINIS PRAEPARATIO.

Aeruginem in mortario lapideo in pulverem minutiſſimum tere et per cribrum tenuiſſimum cerne.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0051-0

Ad eundem modum praeparantur

BOLUS ARMENA,
CHELAE CANCRORUM,
CORALLIUM,
CRETA ALBA,
LAPIDES CANCRORUM,
LAPIS HAEMATITES,
TESTAE OSTREORUM cavae, a ſordibus adhaerentibus prius probe purgandae;
et ſimilia.

## ALUMINIS USTIO.

Alumen in vaſe fictili ure, donec ebullire deſinat.

## CORNU CERVI USTIO.

Cornu cervi fruſta inter medios carbones candentes detine, donec tota alba evadant, nec in diffractis ulterius aliquid nigri appareat; deinde in pulverem minutiſſimum trita per cribrum cerne.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0052-6

## FELLIS BOVILLI SPISSATIO.

Fel bovillum recens lento igne evaporet ad extracti ſpiſſitudinem.

## GUMMI AMMONIACI, ALIARUMQUE GUMMI-RESINARUM DEPURATIO.

Gummi, in pulverem craſſum contuſum, cum pari pondere aquae purae leniter coque in vaſe fictili vitreato. Emollitum valide exprimendo per pannum linteum cola, ac leniſſimo calore ad priſtinam ſpiſſitudinem exſicca.

## GUMMI ARABICI, TRAGACANTHAE, MYRRHAE, SIMILIUMQUE IN PULVEREM REDACTIO.

Gummi leni calore paululum ſiccatum in pulverem tere, quod omnium facillime fit tempore hiberno.

## HERBARUM ET FLORUM EXSICCATIO.

Herbas et flores recentes leni furni calore exſicca ea tantum quantitate, qua id quam citiſſime fiat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0053-2 DFG

## LAPIDIS CALAMINARIS PRAEPARATIO.

Lapidem calaminarem ter candefactum, totiesque aqua exſtinctum, ſuper porphyriten in pulverem minutiſſimum tere, et cribro tenuiſſimo cerne.

Eodem modo praeparatur

TUTIA.

## MELLIS DESPUMATIO.

Mel leni igne cum pauxillo aquae coque, ſpumam aufer, et cola.

## MILLEPEDUM PRAEPARATIO.

Millepedes viventes panno cannabino rariori include, et in vaſe clauſo ſuſpende ſuper ſpiritum vini calefactum, ut a vapore necentur et friabiles reddantur.

## OPII PURIFICATIO.

Opium vaſi vitreo immiſſum, affuſo aquae triplo, lento igne diſſolve quaſi in pultem, quam per linteum exprimendo cola, et per evaporationem quam leniſſimo calore ad priſtinam craſſitudinem redige.

PUL-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0054-8 DFG

## PULPARUM EXTRACTIO.

Fructus, qui pulpam praebere poſſunt, ſive immaturos, ſive maturos et ſiccos, coque cum pauxillo aquae, ut molleſcant. Pulpam dein exime, et, poſtquam per cribrum ſetaceum tranſierit, coque lento igne in vaſe ſictili, uſque dum mellis ſpiſſitudinem acquiſiverit, ſedula agitatione curans, ne aduratur. Fructuum vero maturorum et recentium pulpam abſque coctione per cribrum exprime.

Tamarindorum fructus, ope piſtilli lignei in mortario lapideo, cum aqua fervente ſenſim redige quaſi in pultem, quam, a ſeminibus liberatam, ſuper cribrum tere, uſque dum omnis pulpa tranſierit; atque eodem modo tractetur medulla caſſiae fiſtularis, e ſiliquis contuſis exemta.

## SCAMMONII PRAEPARATIO.

Scammonium in pulverem tere, addens ſubinde unam alteramve amygdalam dulcem, vel tantillum olei amygdalarum, ac dein per ſetaceum cribra.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0055-4 DFG

## SCILLAE EXSICCATIO.

Scillam, ablato cortice, transverſim in taleolas ſeca, et leni calore exſicca. Recte ſiccatae indicium eſt, cum friabilis reddita amaritiem ſuam et acrimoniam retinet.

## SPONGIAE PRAEPARATIO.

Spongiam tenuem exſiccatam, et ab adhaerentibus terreis probe liberatam, cerae flavae liquefactae immerge, ac valide exprime.

## SUCCINI PRAEPARATIO.

Succinum cum pauxillo aquae in pulverem minutiſſimum tunde, et per cribrum tenuiſſimum cerne.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0056-9 DFG

# DECOCTA ET INFUSA AQUOSA.

## AQUA HORDEI.

℞ Hordei perlati uncias duas,
Aquae purae libras ſex.

Decoque ad dimidium, et cola.

## DECOCTUM CORTICIS PERUVIANI.

℞ Corticis Peruviani ſescunciam,
Aquae purae libras quinque.

Decoque in vaſe tecto leni igne ad libras duas et dimidiam; liquorem, dum adhuc calet, cola, et ſepone. Reſiduo adde

Aquae purae libras duas et dimidiam,

iterumque decoque ad dimidium, et liquorem calentem cola; uterque dein liquor commiſtus evaporet ad libram unam. Hinc parantur ſyrupus et extractum.

## DECOCTUM EMOLLIENS ET CARMINANS AD CLYSTERES.

℞ Radicis althaeae unciam unam,
Florum meliloti,
chamaemeli vulgaris, ſingulorum drachmas ſex,
Aquae purae libras duas.

Coque radicem in aqua ad dimidiae hujus partis conſumtionem; dein adde flores, ac digere quadrantem horae, et cola.

## INFUSUM IPECACOANNAE AQUOSUM.

℞ Radicis ipecacoannae contuſae ſesquidrachmam,
Corticum aurantiorum ſiccatorum drachmas duas,
Cremoris tartari ſemidrachmam,
Aquae purae uncias quatuor,
Oxymellis ſcillitici ſemunciam.

Cremorem tartari in aqua coquendo ſolve, et liquorem adhuc ferventem radici et corticibus affunde, ac digere horam; post refrigerationem liquorem cola, et admisce oxymel.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0058-1
DFG

## INFUSUM RHEI AQUOSUM.

### TINCTURA RHEI AQUOSA. ANIMA RHEI.

℞ Rhei ſciſſi unciam unam,
Aquae purae bullientis uncias ſex,
cinnamomi uncias quatuor,
Salis tartari drachmas duas.

Digere rheum in aqua in loco calido horas ſex, et cola; dein adde aquam cinnamomi et ſalem tartari.

Nota. Decocta haec et infuſa ad uſum tempore paranda ſunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0059-9 DFG

# ACETA INFUSA.

## ACETUM ANTISEPTICUM.

℞ Herbae ſiccatae menthae criſpae,
rorismarini,
rutae,
ſalviae, ſingularum uncias duas,
Florum ſiccatorum lavendulae uncias tres,
Radicis contuſae angelicae,
imperatoriae, utriusque ſescunciam,
Aceti vini libras ſeptem.

Macera dies ſex in curcurbita vitrea clauſa, ſaepius agitans; dein exprimendo cola, et acetum in lagenis obturatis ſerva.

## ACETUM COLCHICI.

℞ Radicis colchici autumnalis in taleolas ſectae unciam unam,
Aceti vini libram unam.

Ma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0060-0
DFG

Macera biduum in lagena vitrea, ſaepius agitans; dein liquorem leni expreſſione cola, et, postquam ſepoſitus faeces depoſuerit, decantatum in lagena clauſa ſerva.

### ACETUM RUTACEUM.

℞ Herbae rutae mediocriter ſiccatae ſemilibram,
Aceti vini libras quatuor.

Digere quatriduum in vaſe vitreo; liquorem exprimendo cola, et in lagena clauſa ſerva.

Eodem modo paratur

ACETUM SAMBUCINUM e floribus ſambuci.

### ACETUM SCILLITICUM.

℞ Radicis ſcillae recentis parum ſiccatae ſemilibram;
Aceti vini libras quatuor.

Macera ſcillam in aceto leni calore viginti quatuor horas in vaſe vitreo; dein liquorem exprimendo cola, et ſepone, ut faeces ſubſidant; postea decantatum in lagena clauſa ſerva.

Nota. Acetis diutius ſervandis duodecima pars ſpiritus vini fortioris addi potest.

# ELIXIRIA, INFUSA VINOSA, TINCTURAE.

## ELIXIR ACIDUM HALLERI.

℞ Olei vitrioli,
Spiritus vini rectificatiſſimi pondera paria.

Oleum vitrioli in vaſe vitreo ſenſim in ſpiritum inſtilla, ut miſceantur, et miſturam digere triduum in vaſe clauſo.

## ELIXIR PROPRIETATIS.

℞ Myrrhae tritae,
Aloës Socotorinae tritae,
Croci, ſingulorum unciam unam,
Spiritus vini rectificati uncias triginta.

Myrrham in ſpiritu digere dies quatuor; dein adde aloën et crocum, iterumque digere biduum, et cola.

## ELIXIR SALUTIS.

℞ Foliorum ſennae mundatorum uncias duas,
Uvarum paſſarum exacinatarum ſemilibram,
Radicis helenii ſciſſae,
Seminum contuſorum coriandri,
aniſi, ſingulorum unciam unam,
Spiritus vini tenuioris libras tres.

Macera octiduum, ſubinde agitans, et cola.

## ELIXIR SIVE BALSAMUM TRAUMATICUM.

### BALSAMUM E BENZOË. TINCTURA BENZOËS COMPOSITA.

℞ Benzoës uncias tres,
Balſami Peruviani uncias duas,
Aloës hepaticae ſemunciam,
Spiritus vini rectificati libras duas.

Digere dies decem, et cola.

## ELIXIR VISCERALE HOFFMANNI.

℞ Corticum aurantiorum recentium ſeſcunciam,
Extracti cardui benedicti,
centaurii minoris,

Extracti gentianae,
caſcarillae,
myrrhae aquoſi, ſingulorum drachmas duas,
Vini Hiſpani libras duas.

Cortices cum vino digere biduum, et exprimendo cola; dein adde extracta, ut ſolvantur.

## ELIXIR VITRIOLI ACIDUM.

℞ Spiritus vini rectificatiſſimi libras duas,
Olei vitrioli ſemilibram,
Cinnamomi ſeſcunciam,
Zingiberis unciam unam.

Acidum paulatim cum ſpiritu miſtum digere, calore leniſſimo, in vaſe clauſo triduum; tum adde aromata contuſa, iterumque digere vaſe clauſo ſex dies; dein per chartam infundibulo vitreo impoſitam cola.

## ELIXIR VITRIOLI DULCE.

℞ Cinnamomi drachmas tres,
Seminum cardamomi minoris, demtis capſulis, ſemunciam,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0064-3 DFG

Radicis angelicae ſeſquidrachmam,
Piperis longi drachmam unam,
Aetheris vitrioli uncias quinque,
Spiritus vini rectificatiſſimi uncias decem.

Aetheri cum ſpiritu paulatim miſto adde reliqua contuſa; dein macera vaſe clauſo dies ſeptem, et per chartam cola.

## INFUSUM AMARUM VINOSUM.

### VINUM AMARUM.

℞ Radicis gentianae ſemunciam,
Corticis Peruviani unciam unam,
Corticum aurantiorum ſiccatorum drachmas duas,
Canellae albae drachmam unam,
Spiritus vini fortioris uncias quatuor,
Vini albi Gallici libras duas et dimidiam.

Sciſſa, contuſa digere primum cum ſpiritu vini, et poſt horas viginti quatuor adde vinum; tum macera triduum, et cola.

## INFUSUM IPECACOANNAE VINOSUM.

### VINUM vel TINCTURA IPECACOANNAE.

℞ Radicis ipecacoannae contuſae unciam unam,
Vini albi Gallici uncias quindecim.

Macera triduum, et per chartam cola.

## INFUSUM RHEI VINOSUM.

### VINUM RHEI.

℞ Rhei ſciſſi uncias duas,
Canellae albae contuſae drachmam unam,
Spiritus vini tenuioris uncias duas,
Vini albi Gallici uncias quindecim.

Macera dies ſeptem, et cola.

## INFUSUM SCILLAE VINOSUM.

### VINUM SCILLITICUM.

℞ Scillae recentis parum ſiccatae ſemunciam,
Zingiberis contuſi drachmam unam,
Spiritus vini tenuioris uncias duas.
Vini albi Gallici libras duas,

Macera triduum, et cola.

LAUDANUM

## LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI.

℞ Opii crudi, e mundiſſima maſſae parte deſumti, uncias duas,
Croci unciam unam,
Cinnamomi,
Caryophyllorum aromaticorum, ſingulorum drachmam unam,
Vini Hiſpani libram unam.

Digere quatriduum, et exprimendo cola.

## TINCTURA ABSINTHII.

℞ Summitatum abſinthii floridarum ſiccatarum quantum velis,
Spiritus vini fortioris ſextuplum.

Digere dies ſex; tum per linteum, ac dein per chartam, cola.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0067-1 DFG

Simili modo parantur
TINCTURA CATECHU,
CORTICUM AURANTIORUM,
LIGNI QUASSIAE,
RADICIS CONTRAJERVAE,
GALANGAE,
GENTIANAE,
HELENII,
VALERIANAE.

## TINCTURA ALOËS.

℞ Aloës Socotorinae tritae quantum velis,
Spiritus vini fortioris octuplum.

Digere octiduum; tum per linteum, ac dein per chartam, cola.

Simili modo parantur
TINCTURA COCCIONELLAE,
CORTICIS ANGUSTURAE,
CANELLAE ALBAE,

TINCTURA CORTICIS CASCARILLAE,
CASSIAE LIGNEAE, macerando ſine calore,
CINNAMOMI, macerando ſine calore,
GEOFFROEAE,
PERUVIANI, FLAVI et RUBRI,
RADICIS HELLEBORI NIGRI,
RHEI, macerando ſine calore,
SERPENTARIAE,
ZEDOARIAE,
SEMINUM CARDAMOMI, demtis capſulis.

## TINCTURA ASAE FOETIDAE.

℞ Aſae foetidae quantum velis,
Spiritus vini rectificati octuplum.

Digere octiduum; tum per linteum, ac dein per chartam, cola.

Eodem modo parantur

TINCTURA CANTHARIDUM,
CASTOREI,
LACCAE,
MASTICHES,
MYRRHAE.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0069-5 DFG

## TINCTURA BALSAMI TOLUTANI.

℞ Balſami tolutani ſeſcunciam,
Spiritus vini rectificati uncias ſedecim.

Digere, ut ſolvatur balſamum, et cola.

Eodem modo paratur

TINCTURA BENZOËS.

## TINCTURA CROCI.

℞ Croci unciam unam,
Spiritus vini fortioris uncias quindecim.

Digere octiduum, et per chartam cola.

## TINCTURA GUAJACI VOLATILIS.

℞ Gummi guajaci uncias quatuor,
Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi ſesquilibram.

Digere dies ſex leni calore in vaſe clauſo, et per chartam cola.

## TINCTURA SIVE AQUA HYSTERICA.

℞ Herbae ſiccatae menthae piperitidis,
pulegii,
rutae, ſingularum unciam unam,
ſabinae ſemunciam,
Corticum aurantiorum ſiccatorum uncias duas,
Myrrhae,
Caſtorei, utriusque drachmas tres,
Croci drachmam unam,
Spiritus vini fortioris libras tres.

Herbas et cortices macera ſex dies in ſpiritu, et exprimendo cola; dein adde myrrham, castoreum et crocum, et poſt octidui digeſtionem iterum cola.

## TINCTURA JALAPPAE CONFORTANS.

℞ Radicis jalappae contuſae uncias tres,
Corticum citriorum unciam unam,
Cinnamomi contuſi ſemunciam,
Seminum aniſi contuſorum drachmas duas,
Spiritus vini rectificati uncias ſedecim.

Digere octiduum, et per chartam cola.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0071-2 DFG

## TINCTURA OPII VINOSA.

℞ Opii puri uncias duas,
Vini Hiſpani uncias ſedecim,
Spiritus vini fortioris uncias quatuor.

Digere biduum, et cola. Opii granum unum continetur in tincturae ſcrupulo dimidio.

## TINCTURA SUCCINI.

℞ Succini albi contuſi uncias duas,
Spiritus vini rectificatiſſimi uncias ſedecim.

Digere multo calore octiduum, ac dein per chartam cola.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0072-8
DFG

# OLEA, EXPRESSIONE VEL COCTIONE, ELICITA.

## OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

℞ Amygdalarum dulcium recentium quantum velis.

In mortario lapideo, ope piſtilli lignei, in maſſam contritas panno aſpero cannabino include, ac prelo frigido oleum exprime.

Eodem modo paratur

OLEUM RICINI, e ſeminibus probe decorticatis, abjectis rancidis.

OLEUM LAURINUM, NUCIS MOSCHATAE, OLIVARUM et PALMAE aliunde parata afferuntur. OLEUM LINI ſatis bonum venale eſt ad uſus externos; cum vero recentiſſimum ad internum uſum praeſcribitur, e ſeminibus lini parandum eſt, uti oleum amygdalarum.

## OLEUM SIVE BUTYRUM CACAO.

℞ Nucleorum cacao, leniſſima toſtione a cortice mundatorum, quantum velis,
Aquae purae octuplum.

Nucleos in mola verſatili in pulverem redige, deinde cum aqua coque, ut oleum, calore liquefactum, hujus ſuperficiei innatet; poſt liquoris refrigerationem oleum condenſatum exime, idque opus repete, quamdiu prodit oleum. Oleum ſic elicitum liquefactum per linteum cola, et, affuſâ iterum iterumque aquâ calidâ, a moleculis heterogeneis libera, ut butyrum, omnibus refrigeratis, ſevi adinſtar condenſatum, purum ſimul albidumque reddatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0074-9

# MUCILAGINES.

## MUCILAGO GUMMI ARABICI.

℞ Gummi Arabici in pulverem triti,
Aquae purae ferventis pondera paria.

Solve gummi terendo, ut fiat mucilago.

## MUCILAGO GUMMI TRAGACANTHAE.

℞ Gummi tragacanthae in pulverem redacti partem unam,
Aquae purae ferventis partes ſedecim.

Aquâ omni protinus affuſâ, diligenter tere, ut ſolvatur gummi in mucilaginem.

## MUCILAGO SEMINUM CYDONIORUM.

℞ Seminum cydoniorum drachmam unam,
Aquae purae ſeſcunciam.

Leniſſima fiat ebullitio; dein per linteum cola.

NOTA. Mucilagines hae ad varios uſus tenuiores vel ſpiſſiores parantur, plus vel minus aquae adhibendo; omnes vero ad uſum tempore parandae ſunt.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0075-5
DFG

# CONSERVAE.

## CONSERVA ABSINTHII.

℞ Summitatum recentium abſinthii quantum velis,
Sacchari puriſſimi triplum pondus.

Summitates contunde in mortario lapideo, ope piſtilli lignei, primum per ſe, dein cum ſaccharo paulatim adjecto, ut bene miſceantur in conſervam.

Simili modo fiunt

CONSERVA ACETOSELLAE, e foliis,
ANTHOS, e floribus rorismarini absque calycibus,
COCHLEARIAE, e foliis,
MARRUBII ALBI, e foliis,
MENTHAE CRISPAE, e foliis,
PIPERITIDIS, e foliis,
ROSARUM RUBRARUM, e floribus, rejectis unguibus.

SYRUPI.

# SYRUPI.

## SYRUPUS SIMPLEX.

℞ Sacchari puriſſimi partes quindecim,
Aquae bullientis partes octo.

Leni calore liquetur ſaccharum, ut fiat ſyrupus.

Nota. Eadem haec ſacchari ad liquorem proportio in conficiendis ſyrupis est obſervanda, ubicunque ſacchari pondus non praecepimus.

## SYRUPUS ACETI.

℞ Aceti vini ſesquilibram,
Sacchari puriſſimi libras duas.

Coque in vaſe figulino, ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS ALTHAEAE.

℞ Radicis althaeae uncias ſex,
glycirrhizae unciam unam,

Herbae ſiccatae capillorum veneris ſescunciam,
Sacchari puriſſimi libras ſex,
Aquae purae libras decem.

Radices althaeae minutim conciſas prius coque in aqua ad tertiae partis conſumtionem, ſub finem addens herbam capillorum veneris et glycirrhizam. Liquori colato et per ſubſidentiam defaecato adde ſaccharum, et coque in ſyrupum.

## SYRUPUS CARYOPHYLLORUM RUBRORUM SIVE TUNICAE.

℞ Florum caryophyllorum recentium, demtis unguibus, uncias octo,
Aquae bullientis uncias ſedecim.

Digere quam leniſſimo calore flores in aqua horas viginti quatuor in vaſe vitreo; dein liquori, vix ullâ adhibitâ preſſione, colato adde ſaccharum, et redige in ſyrupum.

Eodem modo paratur e floribus, demtis calycibus,
SYRUPUS VIOLARUM.

## SYRUPUS CICHOREI CUM RHEO.

℞ Rhei minutim ſciſſi uncias tres,
Herbae et radicis cichorei recentis uncias duas,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0078-2

Aquae purae,
Sacchari puriſſimi, utriuſque libras tres.

Coque cichoreum in aqua ad tertiae liquoris partis conſumtionem; dein adde rheum, et digere horas duodecim, ac post lenem ebullitionem cola. Liquori colato et per ſubſidentiam defaecato adde ſaccharum, et evaporando fiat ſyrupus.

## SYRUPUS CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contuſi uncias quinque,
Aquae purae,
cinnamomi, utriuſque ſeſquilibram.

Macera cinnamomum quatriduum in aqua pura; liquori colato et per ſubſidentiam defaecato admiſce aquam cinnamomi, ac deinde adde ſaccharum, ut fiat ſine coctione ſyrupus.

## SYRUPUS CORTICUM AURANTIORUM.

℞ Corticum exteriorum aurantiorum recentium ſemilibram,
Aquae purae libras quinque,
Sacchari puriſſimi libras tres.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0079-1

Cortices in aqua macera horas duodecim, poſtea deſtillando abſtrahe liquoris uncias quatuor, in quibus diſſolve ſacchari puriſſimi uncias octo. Reſiduo expreſſo et colato adde quod reliquum eſt ſacchari, et coque in ſyrupum, qui frigefactus priori ſyrupo commiſceatur.

Eodem modo paratur

SYRUPUS MENTHAE, ex herba mediocriter ſiccata.

## SYRUPUS CORTICIS PERUVIANI.

℞ Decocti corticis Peruviani libram unam,
Sacchari puriſſimi ſemilibram.

Solve ſaccharum in decocto, et coquendo redige in ſyrupum.

Paratur duplex e cortice FLAVO et RUBRO.

## SYRUPUS HYSSOPI CUM SCILLA SIVE SCILLITICUS.

℞ Herbae hyſſopi ſiccatae uncias duas,
Scillae parum ſiccatae unciam unam,
Radicis zingiberis contuſi ſemunciam,
Aquae hyſſopi libras duas.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0080-2 DFG

Hyſſopum, ſcillam et zingiber in aqua digere horas viginti quatuor; dein liquorem exprimendo cola, eique per ſubſidentiam defaecato adde ſaccharum, ut leni calore fiat ſyrupus.

## SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞ Capitum papaveris albi ſiccatorum, ſeminibus exemtis, libram unam,
Aquae bullientis libras viginti quatuor,
Sacchari puriſſimi libras tres.

Macera capita conciſa et contuſa in aqua horas duodecim; dein coque, uſque dum quarta tantum liquoris pars ſuperſit; tum valide exprimens cola. Liquorem colatum coque ad dimidium, iterumque cola ac ſepone, ut faeces ſubſidant. Addito demum ſaccharo, coque, ut fiat ſyrupus. Hic ſyrupus cum aequali parte SYRUPI ALTHAEAE commiſtus inſervit, loco SYRUPI DIACODII.

## SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI SIVE RHOEADOS.

℞ Florum papaveris erratici recentium libram unam,
Aquae bullientis libras quatuor,
Sacchari puriſſimi libram unam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0081-7 DFG

Macera flores in aqua horas duodecim; dein coque, aſſidue agitans, ad dimidium. Liquori exprimendo colato et defaecato adde ſaccharum, et coquendo redige in ſyrupum.

## SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM.

℞ Petalorum roſarum pallidarum recentium libram unam,
Aquae bullientis libras quatuor,
Sacchari puriſſimi libras duas.

Macera roſas in aqua horas duodecim; dein coque, aſſidue agitans, ad dimidium. Liquori exprimendo colato et defaecato adde ſaccharum, et coquendo redige in ſyrupum.

## SYRUPUS ROSARUM SICCATARUM.

℞ Petalorum roſarum rubrarum ſiccatorum uncias octo,
Aquae bullientis libras quinque et dimidiam,
Sacchari puriſſimi uncias ſedecim.

Macera

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0082-3 DFG

Macera roſas in aqua horas duodecim; dein coque ad dimidium, et liquorem exprimendo cola. Poſtquam faeces ſubſederint, tamdiu evaporet liquor, ut, addito ſaccharo, ſine coctione fiat ſyrupus.

## SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS CUM SENNA.

℞ Petalorum roſarum pallidarum recentium libram unam,
Aquae purae bullientis libras ſex,
Foliorum ſennae mundatorum uncias octo,
Sacchari puriſſimi libras duas,
Olei deſtillati aniſi,
foeniculi, utriusque guttas quinque.

Macera roſas in aqua horas duodecim, dein coque ad libras quatuor, et liquorem exprimendo cola. Quo facto, in hoc infuſo macera folia ſennae horas duas, et exprimendo cola; dein liquori per ſubſidentiam defaecato adde ſaccharum, et coque in ſyrupum, cui frigefacto admiſce olea.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0083-9

## SYRUPUS E SUCCO AURANTIORUM.

℞ Succi expreſſi malorum aurantiorum, per ſubſidentiam depurati, uncias ſedecim,
Sacchari puriſſimi libras duas et dimidiam.

Redigantur ſine coctione in ſyrupum.

Eodem modo parantur

SYRUPUS E SUCCO CITRI,
CYDONIORUM,
MORORUM,
RHAMNI CATHARTICI,
RUBI IDAEI.

## SYRUPUS ZINGIBERIS.

℞ Zingiberis triti uncias tres,
Aquae bullientis libras quatuor.

Macera zingiber in aqua vaſe clauſo horas viginti quatuor; dein liquori colato et defaecato adde ſaccharum, ut fiat ſyrupus.

MELLA

# MELLA MEDICATA.

## MEL ROSARUM.

℞ Petalorum roſarum rubrarum ſiccatorum uncias octo,
Aquae bullientis libras ſex,
Mellis albiſſimi deſpumati libras duas.

Macera roſas in aqua horas duodecim; dein coque ad dimidium, et liquorem exprimendo cola. Postquam autem faeces ſubſederint, tamdiu liquorem decoque, ut, addito melle, ſyrupi ſpiſſitudinem acquirat.

## OXYMEL COLCHICI.

℞ Aceti colchici libram unam,
Mellis deſpumati libras duas.

Miſta decoque lento igne in vaſe figulino ad ſyrupi ſpiſſitudinem.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0085-1

## OXYMEL SCILLITICUM.

℞ Aceti ſcillitici libram unam,
Mellis deſpumati libras tres.

Miſta decoque lento igne in vaſe figulino ad ſyrupi ſpiſſitudinem.

## OXYMEL SIMPLEX.

℞ Aceti vini libram unam,
Mellis deſpumati libras duas.

Miſta lento igne in vaſe figulino decoque ad ſyrupi ſpiſſitudinem.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0086-6
DFG

# ROB ET GELATINAE.

## ROB JUNIPERI.

Rob Juniperi, quod ex Germania affertur, coletur, et ad debitam ſpiſſitudinem evaporet.

## ROB RIBESIORUM NIGRORUM.

Coque baccas cum pauxillo aquae in vaſe ſtanno probe obducto, aſſidue agitans, donec diſrumpantur; ſuccum per cribrum exprime, et cuilibet ſucci librae adde ſacchari puriſſimi ſemilibram; dein coque, quo citius eo melius, probe deſpumans, ad debitam ſpiſſitudinem.

## ROB RIBESIORUM RUBRORUM.

℞ Succi ribeſiorum rubrorum partes quinque,
Sacchari puriſſimi partes duas.

Miſce, et ad debitam ſpiſſitudinem citiſſime decoque, probe deſpumans.

## ROB SAMBUCI.

Coque baccas, continuo agitans, in vaſe ſtanno probe obducto, donec diſrumpantur; ſuccum triturando per cribrum tranſmitte, et quod in cribro remanet, prelo exprime, itidemque cribra; ſuccique commiſti partibus quindecim admiſce ſacchari puriſſimi partes quatuor, et citiſſime ad debitam ſpiſſitudinem coque, probe deſpumans.

## GELATINA CORNU CERVI.

℞ Cornu cervi raſi uncias quatuor,
Aquae purae libras novem,
Sacchari puriſſimi unciam unam,
Vini Rhenani ſemunciam,
Succi citri drachmas ſex.

Coque cornu cervi cum aqua lento igne vaſe tecto, donec liquoris unciae ſedecim ſuperſint; liquor colatus evaporet ad uncias ſex, cui adhucdum calenti admiſce ſaccharum; ac dein, additis vino et ſucco, ſepone loco frigido, ut fiat gelatina.

## GELATINA HELMINTHOCHORTI.

℞ Helminthochorti unciam unam,
Aquae purae libras duas,
Sacchari puriſſimi ſeſcunciam.

Coque muſcum cum aqua leni igne vaſe tecto, uſque dum liquoris unciae octo ſuperſint; dein cola, et liquori colato ac ſubſidendo depurato adde ſaccharum; tum coque ad uncias quinque, et ſepone loco frigido, ut in gelatinam ſpiſſeſcat.

## GELATINA LICHENIS ISLANDICI.

℞ Lichenis Iſlandici ſeſcunciam,
Aquae purae libras octo,
Sacchari puriſſimi uncias quatuor.

Coque lichenem cum aqua leni igne vaſe tecto, uſque dum liquoris librae duae et dimidia ſuperſint; dein cola, et liquorem colatum ac ſubſidendo depuratum coque ad dimidium; tum adde ſaccharum, et coque, ut fiat ſyrupus, qui refrigeratus in gelatinam coagulatur.

Nota. Gelatinae ad uſum tempore parantur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0089-6

# EXTRACTA ET RESINAE.

## EXTRACTUM ABSINTHII.

℞ Summitatum abſinthii recentium libram unam,
Aquae purae libras decem.

Coque bihorium, liquorem exprimendo cola, et ſepone, ut faeces ſubſidant; quo facto, liquorem per pannum laneum tranſmitte, et evapora ad eam ſpiſſitudinem, qua maſſa calida manui impoſita eidem non adhaereat. Sub finem decoctionis ſedulo agita, lenemque ignem adhibe, ut evitetur empyreuma, et extractum ſine grumis ſit et uniforme.

Eodem modo parantur

EXTRACTUM AGRIMONIAE, ex herba recente,
CARDUI BENEDICTI, ex herba recente,
CENTAURII MINORIS, e ſummitatibus recentibus,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0090-1
DFG

EXTRACTUM CHAMAEMELI VULGARIS, e floribus recentibus,
CHELIDONII MAJORIS, ex herba recente,
COCHLEARIAE, ex herba recente,
FUMARIAE, ex herba recente,
MARRUBII ALBI, ex herba recente,
TARAXACI, ex herba et radicibus recentibus,
TRIFOLII FIBRINI, ex herba recente.

## EXTRACTUM ANGUSTURAE.

℞ Corticis Anguſturae libram unam,
Aquae purae libras viginti.

Coque ad dimidium; liquorem, dum adhuc calet, cola, et ſepone. Reſiduo adde

Aquae purae libras quindecim,

iterumque decoque ad dimidium, et liquorem calentem cola; uterque dein liquor commiſtus evaporet ad extracti ſpiſſitudinem.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0091-6
DFG

Eodem modo parantur

EXTRACTUM CASCARILLAE, e cortice,
CORTICUM AURANTIORUM,
DULCAMARAE, e ſtipitibus,
GENTIANAE, e radice,
GEOFFROEAE, e cortice,
GRAMINIS, e radicibus recentibus,
HELENII, e radice,
HELLEBORI NIGRI, e radice,
SALICIS ALBAE, e cortice recente,
SARSAPARILLAE, e radice,
TORMENTILLAE, e radice,
VALERIANAE, e radice.

## EXTRACTUM SIVE SUCCUS SPISSATUS ACONITI.

℞ Herbae aconiti, antequam pandantur flores, quantum velis.

Contunde in mortario lapideo, et exprime ſuccum, quem in vaſe figulino leni igne ſub continua agitatione decoque ad extracti ſpiſſitudinem.

EXTRACTUM

## EXTRACTUM ALOËS AQUOSUM SIVE GUMMOSUM.

℞ Aloës hepaticae ſemilibram,
Aquae purae libras duas.

Aloën, aquâ affuſâ, loco calido vaſe tecto digere, ut ſolvatur; dein ſolutionem ſepone loco frigido horas viginti quatuor, quae decantata et colata leni igne ad priſtinam aloës ſpiſſitudinem evaporet.

Eodem modo paratur

EXTRACTUM MYRRHAE AQUOSUM SIVE GUMMOSUM.

## EXTRACTUM SIVE SUCCUS SPISSATUS CICUTAE.

℞ Cicutae floreſcentis foliorum et caulium recentium quantum velis.

Exprime ſuccum, qui deſpumatus et colatus ſub continua agitatione ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem exhalet. Huic refrigerato adde foliorum cicutae ſiccatorum et in pulverem



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0093-8
DFG

redactorum quantum ſatis ſit, ut fiat maſſa pilulis formandis idonea. Curandum vero eſt, exhalatio eo procedat, ut pulveris tantum admiſceri poſſit, quantum totius maſſae quartam circiter partem efficiat.

## EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

℞ Pulpae colocynthidis libram unam,
Spiritus vini tenuioris libras ſex.

Pulpam in ſpiritu digere triduum, liquorem expreſſione cola, et ſepone. Pulpam remanentem in aqua pura coque, et liquorem ſubſidendo depuratum cola; uterque dein liquor commiſtus ad extracti ſpiſſitudinem evaporet.

## EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI.

℞ Decocti corticis Peruviani quantum velis.

Evaporet ad debitam ſpiſſitudinem, ut ſub duplici forma proſtet, molli ſcilicet ad formandas pilulas apta, et dura, ut in pulverem teri poſſit, quod fit, extractum molle exſiccando ſuper cribrum ſetaceum. Parandum vero eſt ex CORTICE PERUVIANO FLAVO et RUBRO, ita ut utriusque EXTRACTUM MOLLE et DURUM praeſto ſit.

EXTRACTUM

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0094-4 DFG

## EXTRACTUM QUASSIAE.

℞ Ligni quaſſiae raſi libras duas,
Aquae purae libras viginti.

Decoque ad dimidium, et liquorem effunde, iterumque reſiduo affuſis
Aquae purae libris viginti,
ad dimidium decoque, et liquorem effunde, idque quater imo ſaepius repete; dein liquores omnes ſimul miſtos et colatos ad mellis craſſioris ſpiſſitudinem decoque, ſingulisque hujus extracti quinque drachmis admiſce
Gummi tragacanthae ſcrupulos duos.

## EXTRACTUM RHEI.

℞ Rhei minutim ſciſſi libram unam,
Aquae bullientis libras ſedecim.

Digere viginti quatuor horas, liquorem ſepone, et cola; dein reſiduo affunde
Aquae bullientis libras octo,
iterumque digere horas viginti quatuor, et cola. Utrumque dein liquorem miſtum per evaporationem ad debitam ſpiſſitudinem redige.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0095-0 DFG

## RESINA CORTICIS PERUVIANI FLAVI ET RUBRI.

℞ Corticis Peruviani, in pulverem craſſum contuſi, libras quatuor,
Spiritus vini fortioris libras ſedecim.

Leni igne guttatim deſtilla ſpiritus libras duas. Reſiduo frigefacto, hujus liquorem expreſſione cola, et ſepone. Spiritum, quem abſtraxeris, additis denuo ſpiritus vini fortioris libris duodecim, reſiduo affunde, et eodem modo deſtilla ſpiritus ſeſquilibram, iterumque reſiduum frigefactum exprimendo cola. Utrumque liquorem colatum et miſtum ſepone octiduum, ut faeces ſubſidant, et decanta; dein, additis aquae purae libris ſex, deſtilla, ut ſpiritus omnis modico igne abſtrahatur. Reſina tunc vaſi adhaerebit, quam exime, et aqua fervida probe ablue, quoad haec ſaporis fere ſit expers. Qui remanſit liquor, evaporatione multum adhuc reſinae exhibet, ſub grumorum forma ſecedentis, quae ſimili modo abluta priori reſinae admiſceatur. Omnis dein reſina pauxillo ſpiritus vini rectificati emollita in maſſam redigatur, leni igne exſiccanda.

## RESINA JALAPPAE.

Eodem modo paratur, ac reſina corticis Peruviani; niſi quod ſub finem emollitione non opus ſit, ſed reſina leniſſimo igne evaporet, ut ab humido liberetur, et debitam duritiem fragilitatemque acquirat.

## RESINA GUAJACI.

℞ Gummi guajaci quantum velis,
Spiritus vini fortioris ſextuplum.

Solve gummi in ſpiritu; ſolutionem filtratam deſtilla ad dimidium; e reſiduo praecipitetur ope aquae affuſae reſina, quae aqua probe elota leniſſimo calore ſiccetur.

Eodem modo paratur

RESINA SCAMMONII.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0097-2 DFG

# AQUAE DESTILLATAE ET SPIRITUS SIMPLICES.

## AQUA DESTILLATA.

Aquam pluvialem deſtilla vaſis mundiſſimis, uſque dum duae circiter trientes tranſierint, quas in lagenis vitreis vel fictilibus obturatis ſerva.

## AQUA CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contuſi libram unam.

Affunde aquae purae tantum, ut, cum elicitae fuerint aquae librae decem, ſuperſit quantum ſufficiat ad evitandum empyreuma. Macera viginti quatuor horas, et deſtilla ex aheno per alembicum ſtanneum cum vaſe frigidiario amplo libras decem.

Pari modo, praeviâ tamen maceratione pro rerum indole et compage variandâ, parantur reliquae aquae ſtillatitiae ſimplices; ita ut obtineantur librae decem



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0098-8
DFG

AQUAE COCHLEARIAE, ex herbae recentis libris quatuor,

CORTICUM AURANTIORUM, e corticum recentium libris quatuor,

CITRIORUM, e corticum recentium libris quatuor,

FOENICULI, e ſeminum libra una,

HYSSOPI, ex herbae recentis libris ſex,

MAJORANAE, ex herbae recentis libris quinque,

MELISSAE, ex herbae recentis libris ſex,

MENTHAE CRISPAE, ex herbae parum ſiccatae libris duabus,

PIPERITIDIS, ex herbae parum ſiccatae libris duabus,

NAPHAE, e florum aurantiorum recentium libris quatuor,

PETROSELINI, e ſeminum ſeſquilibra,

PULEGII, ex herbae recentis libris quinque,

RORISMARINI, ex herbae recentis libris quatuor,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0099-6

AQUAE ROSARUM, e petalorum roſarum pallidarum recentium libris ſex,
RUTAE, ex herbae recentis libris quinque,
SALVIAE, ex herbae recentis libris quatuor,
SAMBUCI, e florum parum ſiccatorum libris tribus.

## ALCOHOL ALCALISATUM.

℞ Spiritus vini rectificatiſſimi libras quinque,
Cinerum clavellatorum depuratorum ſicciſſimorum uncias tres.

Miſce, et ſepone viginti quatuor horas, ſubinde agitans; cineribus ſolutis, decanta ſpiritum, cui denuo affunde cinerum clavellatorum depuratorum ſicciſſimorum uncias tres, idque opus repete, uſque dum cinerum nihil amplius ſolvatur; decanta tum ſpiritum, et leni igne vaſis vitreis ſicciſſimis deſtilla uſque fere ad ſiccitatem. Hujus pondus ſpecificum eſt ad pondus aquae deſtillatae, ut 820 ad 1000.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0100-2

## SPIRITUS ANTHOS.

℞ Summitatum florentium recentium roriſmarini libram unam,
Spiritus vini tenuioris libras quatuor.

Macera biduum, et deſtilla.

Simili modo fit

SPIRITUS LAVENDULAE, e ſpicis florentibus.

## SPIRITUS CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contuſi ſeſquilibram,
Spiritus vini tenuioris libras octo.

Macera triduum, et deſtilla.

## SPIRITUS COCHLEARIAE.

℞ Herbae recentis cochleariae libras quatuor,
Spiritus vini fortioris libras quinque.

Deſtilla.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0101-8

## SPIRITUS CORTICUM AURANTIORUM.

℞ Corticum recentium aurantiorum libras duas,
Spiritus vini tenuioris libras quatuor.

Macera biduum, et deſtilla.

Ad eundem modum paratur

SPIRITUS CORTICUM CITRI.

## SPIRITUS MENTHAE CRISPAE.

℞ Herbae menthae criſpae parum ſiccatae libras duas,
Spiritus vini tenuioris libras novem.

Macera biduum, et deſtilla.

Ad eundem modum fit

SPIRITUS MENTHAE PIPERITIDIS.

Nota. Ubi in deſtillatione horum ſpirituum empyreumatis periculum eſt, hoc praecaveri poteſt, ſufficientem aquae quantitatem addendo. Leniſſimo etiam igne deſtillatio fieri debet, eo uſque continuanda, ut ſpirituum pondus ſpecificum ſit ad pondus aquae deſtillatae, uti 890 ad 1000.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0102-3 DFG

# AQUAE ET SPIRITUS DESTILLATI COMPOSITI.

## AQUA (VULGO CEREVISIA) ANTISCORBUTICA SYDENHAMI.

℞ Herbae recentis cochleariae uncias quadraginta,
ſiccatae ſalviae,
menthae, utriuſque uncias tres,
Corticum recentium aurantiorum ſemilibram,
Nucis moſchatae ſemunciam,
Spiritus frumenti libras tres,
Aquae purae libras novem.

Sciſſa et contuſa macera triduum; dein deſtilla libras ſex.

## SPIRITUS SIVE AQUA MELISSAE MAGISTRALIS.

℞ Foliorum meliſſae modice ſiccatorum uncias quatuor,
Corticum recentium citri,
Nucis moſchatae,
Seminum coriandri, ſingulorum unciam unam,

Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi, ſingulorum ſemunciam,
Spiritus vini tenuioris libras quinque.

Sciſſa et tuſa macera triduum; dein deſtilla libras tres.

## BALSAMUM EMBRYONUM.

℞ Nucis moſchatae,
Macis,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Radicis zingiberis,
zedoariae, ſingulorum ſemunciam,
galangae minoris drachmas duas,
Florum lavendulae,
Herbae ſiccatae menthae,
ſalviae, ſingulorum ſemunciam,
Seminum coriandri crispae,
foeniculi dulcis, ſingulorum drachmas duas,
Spiritus vini tenuioris ſeſquilibram,
Aquae purae libras ſeptem cum ſemiſſe.

Sciſſa et tuſa macera triduum; dein deſtilla libras tres cum ſemiſſe.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0104-5 DFG

## SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

℞ Cinnamomi drachmas ſex,
Seminum angelicae,
anisi,
coriandri, ſingulorum ſemunciam,
Herbae ſiccatae menthae piperitidis,
majoranae,
rorismarini, ſingularum drachmas duas,
Nucis moſchatae,
Macis,
Radicis angelicae,
galangae minoris,
imperatoriae,
zingiberis,
Caryophyllorum aromaticorum, ſingulorum ſeſquidrachmam,
Spiritus vini tenuioris libras quatuor,
Aquae purae ſeſquilibram.

Sciſſa et tuſa macera biduum; dein deſtilla libras duas cum ſemiſſe.

## SPIRITUS MATRICALIS.

℞ Maſtiches,
Myrrhae,
Olibani,
Succini, ſingulorum uncias duas,
Spiritus vini fortioris libras tres.

Digere quatriduum, et deſtilla ſeſquilibram.

## SPIRITUS SALIS VOLATILIS OLEOSUS ET AROMATICUS.

℞ Corticum recentium aurantiorum,
citriorum, ſingulorum uncias duas,
Cinnamomi ſeſcunciam,
Macis,
Nucis moſchatae, utriusque drachmas ſex,
Caryophyllorum aromaticorum drachmas duas,
Salis ammoniaci uncias tres,
Cinerum clavellatorum depuratorum uncias ſex,
Spiritus vini tenuioris libras ſex.

Sciſſa, tuſa macera biduum; dein per retortam vitream deſtilla libras tres cum ſemiſſe.

OLEA

# OLEA DESTILLATA.

## OLEA ESSENTIALIA.

Haec eodem fere modo obtinentur, ac ſimplices aquae ſtillatitiae; minus tamen aquae adjiciendum eſt, igniſque ſubito ad ebullitionem urgendus. Peractâ deſtillatione, oleum, liquoris deſtillati ſuperficiei innatans, vel hujus fundum petens, ſeparatur ab aqua, quae, etiam nunc partes oleoſas continens, novae materiæ affuſa, iterum ad olei deſtillationem adhiberi poteſt; modo tantum aquae purae huic addatur, quantum ſatis ſit, ut evitetur empyreuma, idque opus aliquoties repetitur, ut tantum acquiras olei, quantum volueris.

Haec in genere indicaſſe ſufficiat, dum reliqua opiſicis judicio relinquenda ſunt; multa enim tamque varia, pro rerum adhibendarum indole et compage, annique tempestate, aliaſque ob cauſſas, hic plerumque contingunt, ut norma

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0107-2
DFG

norma certa et generalis, quae unicuique exemplo ſtrictius conveniat, vix poſſit praeſcribi.

Sic itaque parantur

OLEUM ABSINTHII, ex herba cum ſummitatibus,
ANISI, e ſeminibus,
CORTICUM AURANTIORUM,
CITRIORUM,
FOENICULI, e ſeminibus,
JUNIPERI, e baccis,
LAVENDULAE, e ſpicis florentibus,
MENTHAE CRISPAE, ex herba,
PIPERITIDIS, ex herba,
RORISMARINI, ex herba,
RUTAE, ex herba cum ſummitatibus,
SABINAE, ex herba,
SASSAFRAS, e ligno,
TANACETI, ex herba cum ſummitatibus.

Olea eſſentialia CAJEPUTI, CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM, CINNAMOMI, CULILAWAN, MACIS, NUCIS MOSCHATAE, TEREBINTHINAE, aliunde parata afferuntur, quapropter haec in materia medica ſub titulis eorum, unde producuntur, memorata ſunt.

NOTA.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0108-8

Nota. Ex oleis his eſſentialibus tempore parantur ELAEOSACCHARA, cujuſcunque olei ſcrupulum dimidium cum ſemuncia pulveris ſacchari puriſſimi probe terendo.

## OLEUM CERAE.

℞ Cerae flavae minutim ſciſſae,
Calcis vivae pondera paria.

Commiſta immitte retortae vitreae, et adaptato excipulo deſtilla ex arena igne gradatim aucto, dum ollae ferreae fundus candeſcat, nihilque tandem olei prodeat. Ita oleum flavum ſimul cum liquore ſubacido prodibit, qui ſeparandus eſt ab oleo, quod uſui ſerva.

## OLEUM ANIMALE DIPPELII.

### OLEUM CORNU CERVI RECTIFICATUM.

℞ Olei cornu cervi, recens parati et ab omni ſale liberati, libram unam,
Aquae deſtillatae uncias octo.

Miſta immitte in retortam vitream tubulatam, cujus pars dimidiâ paullo major his impleatur, ope infundibuli aperturae tubulatae impoſiti. Applicato dein vaſe recipiente, et aperturâ tubulatâ clauſâ, omnibuſque commiſſuris probe lutatis, deſtilla leni igne olei ſemilibram. Oleum hoc cum aquae unciis quatuor miſtum immitte in aliam retortam tubulatam, proportione minorem, ac deſtilla olei uncias quatuor vel quinque; ſollicite cavens, ne quid ſalis, excipulo nonnumquam adhaerentis, oleo commiſceatur. Hoc denuo cum aquae unciis duabus miſtum ſimili modo immitte in tertiam retortam, praecedente iterum minorem, ac leniſſimo igne deſtilla olei uncias tres. Hoc tandem oleum in phialis admodum parvis exacte replendis, et epiſtomio ac cerâ obductâ probe clauſis, vel et plumbo involutis, ſub aqua ad uſum ſerva.

Nota. Ubicumque, uti hic loci, retortae tubulatae fit mentio, notandum est, haec ſi deficiat, etiam aliam adhiberi poſſe, ſuperne apte perforandam.

OLEUM

## OLEUM SUCCINI RECTIFICATUM.

℞ Olei ſuccini libram unam,
Aquae deſtillatae libras ſex.

Miſta immitte in retortam vitream tubulatam, ope infundibuli aperturae tubulatae impoſiti; applicato dein vaſe recipiente, et aperturâ tubulatâ clauſâ, omnibuſque probe lutatis, deſtilla leni igne olei uncias quatuor. Omnibus refrigeratis, oleum jam deſtillatum exime, et ſepone; tum eâdem, ut prius, ratione continuatâ deſtillatione, tranſeant olei unciae quinque, quas, affuſâ aquâ, iterum deſtillationi ſubmitte, et abſtrahe hujus olei uncias tres. Tandem oleum hoc oleo primum elicito admiſce, et affuſâ denuo aquâ deſtilla, ut oleum puriſſimum acquiras.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0111-3

# SALES.

## OLEUM VITRIOLI.

### ACIDUM VITRIOLI CONCENTRATUM.

Oleum vitrioli venale, ſi obfuſcatum ſit vel ſpecifice minus ponderoſum, in vaſe vitreo evaporet, ut probe limpidum evadat, et pondus ſpecificum acquirat, quod ſit ad pondus aquae deſtillatae, ut 1850 ad 1000.

## SPIRITUS VITRIOLI.

### ACIDUM VITRIOLI TENUE. ACIDUM VITRIOLICUM DILUTUM.

℞ Olei vitrioli quantum velis,
Aquae deſtillatae octuplum.

Acidum paulatim aquae admiſce.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0112-9
DFG

## SPIRITUS NITRI FUMANS.

SPIRITUS NITRI FUMANS GLAUBERI. ACIDUM NITRI FUMANS. ACIDUM NITROSUM. ACIDUM NITRI.

℞ Nitri puriſſimi, ſicciſſimi, in pulverem ſubtiliſſimum triti, libras duas,

Olei vitrioli libram unam.

Immitte nitrum in retortam vitream tubulatam, furno arenae impoſitam, agglutinato prius vaſe recipiente amplo; dein furno modice calefacto, ope infundibuli vitrei oleum vitrioli adjice lente et guttatim, ne retorta ſubitaneo calore diſſiliat. Miſtione peractâ, aperturam epiſtomio vitreo agglutinato occlude, omnibusque commiſſuris ſic probe lutatis, applica lenem ignem; tum primum prodibunt vapores flavi, qui, aucto ſenſim igne, rubicundum acquirent colorem. Auge dein ignem, usque dum omne acidum tranſierit, quod factum noveris, ubi vas recipiens non amplius incaleſcat. Omnibus poſtea refrigeratis, ſubitiſſime effunde ſpiritum acidum deſtillatum in phialam vitream, epiſtomio vitreo curate obturandam, et in loco frigido ſervandam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0113-5 DFG

Quod in retorta reſiduum eſt, aqua dilutum, additâque ſolutione cinerum clavellatorum depuratorum, quantum ſatis ſit ad ſaturationem, per chartam colatum, cryſtallos formando, dabit TARTARUM VITRIOLATUM.

## SPIRITUS NITRI.

### ACIDUM NITRI DILUTUM. ACIDUM NITROSUM TENUE. ACIDUM NITROSUM DILUTUM.

℞ Spiritus nitri fumantis,
Aquae deſtillatae paria pondera.

Miſce.

## SPIRITUS SALIS FUMANS.

### SPIRITUS SALIS MARINI CONCENTRATUS. ACIDUM SALIS COMMUNIS. ACIDUM MURIATICUM.

℞ Salis marini puriſſimi, ſicciſſimi, in pulverem triti libras ſex,
Olei vitrioli libras tres,
Aquae deſtillatae libras duas.

Salem in retortam vitream tubulatam, furno arenae impoſitam, immitte, agglutinato prius amplo excipulo; dein

dein per aperturam tubulatam, ope infundibuli vitrei, acidum ſenſim cum aqua commiſtum poſt refrigerationem ſali affunde. Quo facto, aperturam epiſtomio vitreo agglutinato occlude, omnibusque ſic bene lutatis, applica primis quatuor horis lenem ignem, ne cito actu excipulum findatur. Exſtillabit ſpiritus ſalis marini, quem prodire noveris, quando ſtriae in vaſe unitae in ſerpentes ſpiras deſcendere incipiunt. Auge tum ignem, ſenſimque urge, dum candeſcat olla ferrea, nihilque amplius exſtillet. Refrigeratis omnibus, ſubitiſſime effunde ſpiritum in phialam vitream, epiſtomio vitreo probe obturandam, et in loco frigido ſervandam.

Quod in retorta reſiduum eſt, aqua dilutum, additâque ſolutione ſodae depuratae, quantum ſatis ſit ad ſaturationem, per chartam colatum, cryſtallos formando, dabit SALEM MIRABILEM GLAUBERI.

## SPIRITUS SALIS.

ACIDUM SALIS DILUTUM. ACIDUM SALIS TENUE. ACIDUM MURIATICUM DILUTUM.

℞ Spiritus ſalis fumantis,
Aquae deſtillatae pondera paria.
Miſce.

ACETUM

## ACETUM DESTILLATUM.

℞ Aceti vini libras quadraginta.

Deſtilla modico igne, rejectis octo libris primum prodeuntibus, abſtinens, quamprimum odor empyreumaticus prodire incipit.

Nota. Quod ſi bonum ſit hoc acetum, octo hujus partes ſaturabunt cryſtallorum bene pellucidarum ſodae depuratae partem unam; ſi minus, addendo acetum maxime concentratum, ſin vero plus, addendo aquam, acetum hoc ad debitam aciditatem redigendum eſt.

## ACETUM MAXIME CONCENTRATUM.

### ACETUM RADICALE. ACIDUM ACETOSUM.

℞ Cinerum clavellatorum depuratorum quantum velis,
Aceti deſtillati quantum ſatis ſit.

Cineribus affunde acetum, ut fiat ſaturatio; ſolutio ſaturata evaporet ad ſiccitatem, ac retortae vitreae tubulatae com-

committatur, cui ea ſit amplitudo, ut materia dimidiam ejus partem impleat; dein, agglutinato excipulo, paulatim admiſce oleum vitrioli ad dimidium ſalis pondus; quo facto, leniſſimo igne inſtitue deſtillationem, continuandam, quamdiu aliquid vaporis prodire videas.

Ex reſiduo ſimili modo parari poteſt TARTARUS VITRIOLATUS, ac poſt deſtillationem ſpiritus nitri fumantis.

## SAL ESSENTIALIS ACIDUS TARTARI.

ACIDUM TARTARI. ACIDUM TARTARI CRYSTALLISATUM.

℞ Cremoris tartari libras ſeptem,
Cretae praeparatae, et aqua calida ſaepius ablutae, libras duas,
Aquae deſtillatae libras triginta duas,
Spiritus vitrioli libras ſedecim.

Poſt brevem ebullitionem aquae cum creta, adde ſenſim cremorem tartari; vas ab igne remotum ſepone ſemihoram in quiete; dein liquorem limpidum ſupernatantem caute transfunde in vas vitreum, et reſiduum ablue, aquam bis terve affundendo. Huic reſiduo porro affunde ſpiritum vitrioli,

et digere viginti quatuor hŏras, bacillo vitreo vel ligneo ſaepius agitans. Liquorem acidum dein transfunde in vas vitreum; reſiduo admiſce aquae deſtillatae libras ſedecim, cola per chartam, iterumque reſiduo affunde aquam deſtillatam, idque repete, quoad affuſa aqua fere inſipida ſit. Liquores acidos commiſtos in vaſe vitreo ad craſſitudinem ſyrupi tenuioris modico calore decoque, ſubinde colans, ut ſal ſeleniticus ſeparetur; dein ſepone, ut cryſtalli formentur. Lixivium remanens iterum evaporet, uſque dum nullae amplius cryſtalli prodeant. Tandem omnes cryſtallos collectas aqua deſtillata ſolve, ut ab acido vitriolico, ſi quid forte adhaereat, liberentur, ſimulque puriores evadant; dein cola, ac ſepone loco frigido, ut cryſtalli formentur.

Notari meretur, in hac operatione ſimul parari poſſe TARTARUM TARTARISATUM, ſi liquor, quem, peractâ ebullitione cum creta, decantaveris, per chartam colatus evaporationi committatur.

## SPIRITUS TARTARI.

### ACIDUM TARTARI DESTILLATUM.

℞ Tartari crudi in pulverem craſſum redacti quantum velis.



Im-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0118-4
DFG

Immitte in retortam terream, cujus duas tertias partes impleat; dein, agglutinato vaſe recipiente capaci, applica lenem ignem, uſque dum prodeant nubeculae albae, tum auge ignem, ſenſimque urge, donec tandem candeſcat retorta, nihilque amplius exſtillet. Ita nanciſceris ſpiritum et oleum, quod, ope infundibuli a ſpiritu ſeparatum, vocatur OLEUM TARTARI FOETIDUM ſive NIGRUM, ad uſum ſervandum.

Reſiduum in retorta remanens aperto crucibulo calcina, uſque dum album vel ſaltem cinereum ſit; tum ſolve in aqua calida, et lixivium per linteum cola. Liquor colatus ad ſiccitatem evaporatus exhibet SALEM TARTARI puriſſimum, qui in vaſis bene clauſis ſervari debet.

## SAL SUCCINI.

### ACIDUM SUCCINI.

℞ Succini in pulverem craſſum redacti libras octo,
Arenae purae libram unam.

Commiſta immitte retortae vitreae, cujus dimidium impleant. Adaptato excipulo amplo, deſtilla ex arena igne modico, ut phlegma primum adſcendat, dein ſal oleo tinc-

tum. Tum, ablato vaſe recipiente, liquorem ex excipulo effunde, ac ſalem e collo retortae et excipuli lateribus exime. Mutato recipiente et aucto igne, eliciatur oleum flavum, rubrum ac tandem fuſcum. Salem inter plicas chartae emporeticae compreſſum, ut ab oleo adhaerente liberetur, in liquore acido, qui primum tranſiit, addito ſpiritus vini rectificati pauxillo, ſolve; dein liquorem per chartam colatum post leniſſimam evaporationem ſepone, ut fiant cryſtalli.

## FLORES BENZOËS.

### SAL VOLATILIS BENZOËS. ACIDUM BENZOËS.

℞ Benzoës in pulverem redactae libram unam,
Cinerum clavellatorum depuratorum uncias tres,
Aquae purae libras octo.

Coque leni igne, continuo agitans, in vaſe figulino ad dimidiam liquoris partem, et liquorem calentem per chartam cola. Reſiduum, quod in filtro remanet, additis aquae purae libris ſex, iterum ad dimidiam liquoris partem decoque, et liquorem eodem modo cola. Liquores commiſtos leni

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0120-3

leni igne decoque, donec librae duae ſuperſint; dein inſtilla ſpiritum vitrioli, quamdiu aliquid praecipitatur. Materiam praecipitatam per filtrum ab aqua liberatam, et ſine calore exſiccatam, ſublimationi committe.

Ut autem ſublimatio haec, qua flores puriſſimi colligantur, curatius fiat, adhiberi poteſt phiala quaedam brevior, collo parumper arctiore, (vulgo *een laage ſlangen- of praeparaat-fles*,) cui partitis vicibus immittatur materies collecta et exſiccata. Phialae arenae immiſſae ſuperimponitur, et luto intermedio agglutinatur lamina vitrea vel lignea, in centro ita perforata, ut phialae collum foramini reſpondeat; quo facto, ſuper laminam campana vel aliud vas, phialâ materiam ſublimandam continente capacius, imponitur, non allutandum, ut ſubinde removeri poſſit ad eximendos flores, qui per phialae collum adſcendentes, in ipſam laminam intra campanam delabuntur.

## SAL SEDATIVUS HOMBERGII.

### SAL ACIDUS BORACIS. ACIDUM BORACIS.

℞ Boracis in pulverem triti ſemilibram,
Olei vitrioli ſeſcunciam,
Aquae purae libras quatuor.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0121-9 DFG

Boraci in vas vitreum immiſſo affunde aquam ferventem, ut borax ſolvatur. Vaſe in furno arenae poſito, adde paulatim oleum vitrioli, agita bacillo vitreo, et liquorem calentem cola. Hic ad lenem ignem vaporet, dum tenues laminae concreſcere incipiant. Tum ſenſim ignem exſtingue, et quieſcat liquor, ut larga cryſtallorum copia formetur, quae aquâ deſtillatâ frigidâ diligenter abluantur et ſiccentur.

## CINERES CLAVELLATI DEPURATI.

### ALKALI LIGNORUM DEPURATUM. SAL ALCALINUS FIXUS VEGETABILIS PURIFICATUS. KALI PRAEPARATUM.

℞ Cinerum clavellatorum quantum velis,
Aquae purae triplum.

Cineres clavellati crucibulo inditi rubeſcant ab igne, ut adhaerentes ſordes urantur; dein contritis adde aquam, ſubinde agitans, ut bene miſceantur, lixivium tum per chartam cola, et decoque, dum in ſuperficie pellicula appareat. Tum ſepone, ut ſales neutri in cryſtallos abeant, idque opus repete, uſque dum nullae amplius cryſtalli formentur. Tandem liquorem remanentem, a cryſtallis ſalinis liberatum, diligenter agitans, decoque ad ſiccitatem.

Eodem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0122-5 DFG

Eodem modo depuratur ſal alcalinus, qui paratur ex cineribus herbae abſinthii, geniſtae, vel alius herbae amarae, qui, mutuato ab herba nomine, vocatur

## SAL ABSINTHII, GENISTAE, &c.

### SAL HERBARUM PER INCINERATIONEM. ALKALI HERBARUM FIXUM.

Obtinetur etiam idem hic ſal, qui vocatur

## SAL TARTARI,

### ALKALI TARTARI.

ex reſiduo poſt deſtillationem ſpiritus tartari, modo ibidem memorato; vel et tartarum crudum in crucibulo probe combuſtum in aqua ſolvendo, ſolutumque per chartam colando, tandemque ad ſiccitatem evaporando.

Ex ſalibus his, aquae pari pondere ſolutis et per chartam colatis, paratur lixivium, quod vocari ſolet

## OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM,

### LIQUOR SALIS TARTARI. LIXIVIUM TARTARI. AQUA KALI.

quocum etiam convenit LIQUOR NITRI FIXI.

LIXIVIUM

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0123-1 DFG

## LIXIVIUM CAUSTICUM VULGO LIXIVIUM SAPONARIORUM.

### LIXIVIUM SAPONARIUM. AQUA KALI PURI.

℞ Calcis vivae recens uſtae uncias novem,
Cinerum clavellatorum depuratorum uncias ſex,
Aquae purae calidae libras quatuor.

Injice calcem in vas ferreum cum aqua; ebullitione et calcis exſtinctione peractis, protinus adde cineres clavellatos, hiſque bene permistis, vas operiatur, donec frigescat. Frigefactam materiam agita, et effunde totam in infundibulum vitreum, cujus gutturi goſſypium inditum ſit, ut per hoc coletur lixivium. Cum ſtillare deſinet, affunde in infundibulum aquae ferventis quantum ſatis ſit, ut lixivii librae tres eliciantur; dein lixivii partes ſuperiores cum inferioribus miſce, et in vaſis vitreis, epiſtomio vitreo bene obturatis, ſerva.

Lixivium hoc rite praeparatum cum acidis efferveſcentiam nullam, niſi forte leviſſimam, excitabit; ſi vero cieat, plus calcis addendum eſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0124-6

## LAPIS CAUSTICUS.

### CAUSTICUM COMMUNE ACERRIMUM. KALI PURUM.

℞ Lixivii cauſtici quantum velis.

In vaſe ferreo mundiſſimo decoque ad ſiccitatem; tum maſſam crucibulo inditam impone igni, qui ſenſim augeatur, uſque dum tranquille fluat inſtar olei. Ita liquefactum effunde cauſticum in modiolos ferreos cylindricos, ſevo prius inunctos, et in lagena optime clauſa ſerva.

## SODA DEPURATA.

### ALKALI MINERALE FIXUM. SAL ALCALINUS FIXUS FOSSILIS PURIFICATUS. NATRON PRAEPARATUM.

℞ Sodae Hiſpanae libras tres,
Aquae purae libras duodecim.

Coque in aqua, et per chartam cola. Reſiduum, quod in filtro remanet, iterum cum aquae libris ſex decoque, ut omnis ſal ſolvatur, et per chartam cola. Utrumque



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0125-2 DFG

lixivium commiſtum poſt debitam coctionem iterum cola, ac ſepone, ut fiant cryſtalli, ab aliis ſalibus, ſi qui ſimul adſint, repetita ſolutione et cryſtalliſatione probe ſeparandae.

## FLORES SALIS AMMONIACI VOLATILES.

### ALKALI AMMONIACUM. ALKALI VOLATILE EX SALE AMMONIACO. AMMONIA PRAEPARATA.

℞ Salis ammoniaci libram unam,
Cinerum clavellatorum depuratorum libras duas et dimidiam.

Seorſim in pulverem redacta commiſceantur in retorta colli amplioris, cui adaptetur excipulum, et ſublima, igne gradatim aucto.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

### ALKALI AMMONIACUM AQUOSUM. LIXIVIUM AMMONIACALE COMMUNE. AQUA AMMONIAE.

℞ Salis ammoniaci libram unam,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0126-8 DFG

Cinerum clavellatorum depuratorum libras duas et dimidiam,
Aquae purae libras quatuor.

Salibus ſeparatim in pulverem redactis, et retortae vitreae inditis, affunde aquam; dein deſtilla ex arena, igne gradatim aucto, libras duas.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

### ALKALI AMMONIACUM SPIRITUOSUM. SPIRITUS AMMONIAE.

℞ Spiritus vini rectificati libram unam,
ſalis ammoniaci uncias octo.

Miſce.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE VIVA PARATUS.

### ALKALI AMMONIACUM CAUSTICUM. LIXIVIUM AMMONIACALE CAUSTICUM. ALKALI VOLATILE CAUSTICUM. AQUA AMMONIAE PURAE.

℞ Calcis vivae recens uſtae libras duas,

Salis ammoniaci contriti libram unam,
Aquae purae libras quinque.

Calce et ſale ſeorſim in pulverem redactis, et in retorta ampla vitrea commiſtis, adde aquam. Ociſſime applica valde amplum excipulum, leviter agglutinandum. Incipiet ſubita ebullitio et violentiſſima. Poſtquam ardor ſubitaneus miſti deferbuerit, gluten arctius adige, et igne primum leni, ſed ſenſim augendo, deſtilla ſeſquilibram. Spiritus ita productus in lagena vitrea, epiſtomio vitreo bene obturata, ſervetur.

## SPIRITUS, SAL ET OLEUM CORNU CERVI.

### LIQUOR ALKALINUS SIVE VOLATILIS, SAL ET OLEUM CORNU CERVI.

℞ Ramentorum cornu cervi quantum velis.

Immitte in retortam ferream, ſuperne apertura huicque adaptato operculo ferreo inſtructam, cui furno impoſitae, applica vas recipiens amplum cum tubo intermedio; omnesque commiſſuras probe agglutina, ita ut nullibi quidquam pateat, excepto tubo intermedio, qui apertus ſit, ut aër inflammabilis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0128-9
DFG

inflammabilis libere exire queat. Dein inſtrue lenem ignem, quem ſenſim auge, donec vas recipiens incaleſcat, eundemque ignis gradum aliquamdiu ſerva; tum adauge ignem, dum retorta candeat. Sic nanciſceris ſpiritum volatilem, oleum et ſalem. Oleum a ſpiritu ſepara, et phialae immiſſum uſui ſerva Spiritum et ſalem ſimul miſtos, additâ portione cinerum clavellatorum depuratorum, iterum ex retorta vitrea leniſſimo calore deſtilla, ut uterque ab oleo empyreumatico probe liberetur. Si ſal nondum ſatis purus fuerit, addito cinerum clavellatorum depuratorum pari pondere, ex cucurbita per alembicum fiat ſublimatio.

Idem hic ſpiritus, ſal et oleum eadem ratione parari poteſt ex oſſibus quorumcunque animalium, ſi modo decoctione in aqua ab oleo probe liberata fuerint.

## TARTARUS VITRIOLATUS.

SAL DE DUOBUS. ARCANUM DUPLICATUM. ALKALI VEGETABILE VITRIOLATUM. KALI VITRIOLATUM.

℞ Cinerum clavellatorum depuratorum quantum velis,
Aquae purae bullientis octuplum.

Cineribus in aqua ſolutis, inſtilla ſpiritus vitrioli quantum ſatis ſit ad ſaturandum. Effervescentiâ peractâ, lixivium poſt idoneam exhalationem per chartam cola, ac ſepone, ut cryſtalli formentur. Confer etiam titulum SPIRITUS NITRI FUMANTIS et ACETI MAXIME CONCENTRATI.

## SAL POLYCHRESTUS.

### SAL POLYCHRESTUS GLASERI.

℞ Nitri puri,
Florum ſulphuris pondera paria.

Bene contrita et commiſta injiciantur paulatim in crucibulum igne rubens. Peractâ deflagratione, retineatur maſſa in igne, ut candeſcat horae ſpatio. Dein ſal diſſolvatur in aquae fervidae ſufficienti quantitate; tum lixivium evaporet, coletur, et ſeponatur, ut cryſtallos formet.

## SAL MIRABILIS GLAUBERI.

### SAL CATHARTICUS GLAUBERI. ALKALI MINERALE VITRIOLATUM. SODA VITRIOLATA. NATRON VITRIOLATUM.

Paratur eodem modo e ſoda depurata, ut tartarus vitriolatus e cineribus clavellatis. Confer etiam titulum SPIRITUS SALIS MARINI.

NITRUM

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0130-9
DFG

## NITRUM DEPURATUM.

### ALKALI VEGETABILE NITRATUM.

℞ Nitri venalis quantum velis,
Aquae purae bullientis ſextuplum.

Salem in aqua ſolutum poſt idoneam exhalationem per chartam cola, ac ſepone in loco frigido, ut cryſtalli fiant.

Huic nitro depurato in crucibulo liquefacto, injiciendo per intervalla florum ſulphuris vigeſimam partem, et, conſumto ſulphure, ſalem in tabellas fundendo, paratur SAL PRUNELLAE.

## SAL ANGLICUS DEPURATUS.

### SAL CATHARTICUS AMARUS. MAGNESIA VITRIOLATA.

℞ Salis Anglici Ebshamenſis libram unam,
Aquae purae bullientis libras tres.

Salem in aqua ſolutum evapora ad cuticulam, et per chartam cola; dein ſepone in loco frigido, ut formentur cryſtalli, quarum ubi libram dimidiam acquiſiveris, cryſtalliſatio non amplius eſt protrahenda.

TERRA

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0131-5
DFG

## TERRA FOLIATA TARTARI SIVE TARTARUS REGENERATUS.

### ARCANUM TARTARI. ALKALI FIXUM VEGETABILE ACETATUM. OXYTARTARUS. KALI ACETATUM.

℞ Liquoris ſalis tartari libram unam,
Aceti deſtillati libras octo.

Miſta coque ad ſyrupi tenuioris craſſitudinem; dein acetum iterum adjice, uſque dum perfecta fuerit ſaturatio; tum maſſam in vaſe vitreo, continuo agitans, lente exſicca. Salem exſiccatum in aqua deſtillata ſolve, ſolutumque per chartam cola; denique lento igne vaporet hoc lixivium ex vaſe vitreo minime profundo, ſale, dum areſcit, ſubinde moto, ut citius ad ſiccitatem perveniat. Paratus ſal in vaſe obturato ſervari debet.

## LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI.

### SALSILAGO OXYTARTARI.

℞ Terrae foliatae tartari partes duas,
Aquae deſtillatae partem unam.

Miſce, et cola per chartam.

SODA

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0132-0 DFG

## SODA ACETATA.

### ALKALI FIXUM MINERALE ACETATUM.

℞ Sodae depuratae quantum velis,
Aquae purae bullientis quadruplum.

Sodae in aqua ſolutae inſtilla aceti deſtillati quantum ſatis ſit, ad ſalem prorſus neutrum reddendum. Effer-veſcentiâ peractâ, lixivium poſt debitam evaporationem per chartam cola, ac loco frigido ſepone, ut cryſtalli formentur.

## TARTARUS TARTARISATUS SIVE SOLUBILIS.

### ALKALI FIXUM VEGETABILE TARTARISATUM. KALI TARTARISATUM.

℞ Cinerum clavellatorum depuratorum quantum velis,
Aquae purae bullientis duodecuplum.

Cineribus clavellatis in aqua ſolutis, tartari cremorem paulatim adjice, uſque dum efferveſcentia ceſſaverit, et perfecta fuerit ſaturatio. Lixivium poſt idoneam exhalationem

per chartam cola, ac loco frigido ſepone, ut cryſtalli formentur. Confer etiam praeparationem SALIS ESSENTIALIS ACIDI TARTARI.

Eodem modo paratur e ſoda depurata et cremore tartari

## SAL POLYCHRESTUS SEIGNETTII.

SAL RUPELLENSIS. SODA TARTARISATA. ALKALI MINERALE TARTARISATUM. NATRON TARTARISATUM.

## SAL AMMONIACUS DEPURATUS.

℞ Salis ammoniaci in pulverem redacti quantum velis,
Aquae purae bullientis triplum.

Salem in aqua ſolve, et liquorem, per chartam colatum, modico igne evapora ad ſiccitatem.

## SPIRITUS MINDERERI.

SAL ACETOSUS AMMONIACALIS. ALKALI AMMONIACUM ACETATUM. SALSILAGO AMMONIACALIS ACETOSA. AQUA AMMONIAE ACETATAE.

℞ Aceti deſtillati quantum velis,
Florum ſalis ammoniaci volatilium quantum ſatis ſit.

Adde ſalem volatilem aceto, uſque dum perfecta fuerit ſaturatio.

SPIRITUS

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0134-2 DFG

## SPIRITUS CORNU CERVI SUCCINATUS.

### LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS. SALSILAGO CORNU CERVI SUCCINATA.

℞ Salis volatilis cornu cervi ſemunciam,
ſuccini depurati quantum ſatis ſit,
Aquae deſtillatae uncias tres.

Sali cornu cervi in aqua ſoluto adde ſalem ſuccini, uſque dum perfecta fuerit ſaturatio; dein liquorem per chartam cola.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0135-8 DFG

# SPIRITUS CUM ACIDO, VITRIOLI VEL NITRI, DESTILLATI.

## AETHER SIVE NAPHTHA VITRIOLI.

### AETHER VITRIOLATUS. LIQUOR AETHEREUS VITRIOLICUS. AETHER VITRIOLICUS.

℞ Alcoholis alcaliſati libras quatuor,
Olei vitrioli libras tres.

Infunde alcohol in retortam vitream, cui gradatim et lente acidum admiſce, continuo agitans; dein liquorem frigefactum deſtilla ex arena in excipulum amplum. Ignem ſubſtrue ita intenſum, ut inter ſingulas cadentes guttas ſex

ſex fere minuta ſecunda elabantur; et a deſtillatione abſtine, cum vapores ſulphurei prodeunt, et particulae oleoſae ſub forma globulorum diſcretorum, tardius ſuccedentium, ſtriiſque phlegmaticis innatantium comparent; quod plerumque fit, ubi liquoris unciae viginti ſeptem abſtractae ſunt. Liquori huic deſtillato adde magneſiae uſtae quantum ſufficiat, ut odor ſulphureus plane diſpareat, ac ſaepius agita; dein liquorem effunde in aliam retortam, et igne perquam leniſſimo deſtilla liquoris libram unam, cui admiſce aquae deſtillatae ſemilibram, ac post debitam agitationem aetherem ſupernatantem in lagena vitrea epiſtomio vitreo bene munita ſerva.

## LIQUOR ANODYNUS MINERALIS.

SPIRITUS AETHEREUS VITRIOLATUS. SPIRITUS VINOSUS VITRIOLATUS. ACIDUM VITRIOLICUM VINOSUM. SPIRITUS AETHERIS VITRIOLICI.

Eodem modo paratur, uti aether vitrioli, ſecunda deſtillatione abſtrahendo liquoris uncias viginti.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0137-9

## SPIRITUS NITRI DULCIS.

### SPIRITUS AETHEREUS NITRATUS. SPIRITUS VINOSUS NITROSUS. ACIDUM NITRI VINOSUM. SPIRITUS AETHERIS NITROSI.

℞ Alcoholis alcaliſati libras tres,
Spiritus nitri fumantis libram dimidiam.

Alcoholi in phiala ampla affunde paulatim acidum, aſſidue agitans. Phialam levius obturatam loco frigido ſepone dies ſeptem; dein leni calore deſtilla liquoris libras duas et uncias octo. Hunc liquorem, additâ aquae purae ſemilibrâ et magneſiae uſtae ſufficiente quantitate ad acidum ſaturandum, iterum infunde in retortam, ac leni igne deſtilla, uſque dum prodierint ſpiritus librae duae et dimidia.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0138-5
DFG

# MAGNESIA.

## MAGNESIA ALBA.

### MAGNESIA AËRATA.

℞ Salis cathartici Anglici libras quatuor,
Aquae purae libras quadraginta.

Solve ſalem in aqua, et ſolutionem per chartam cola; dein inſtilla cineres clavellatos depuratos, in ſufficiente quantitate aquae purae ſolutos, et per chartam colatos, uſque dum nulla amplius fiat praecipitatio. Bulliat liquor pauliſper ſuper ignem; interim agita. Tum quieſcat, donec calor paululum imminutus fuerit; dein cola per linteum, ſuper quod reſtabit magneſia, quae aquâ purâ diligenter ablui debet, dum prorſus inſulſa fiat. Hujus autem loco exhiberi poteſt MAGNESIA ALBA, quae ex ANGLIA adfertur, in officinis etiam ſervanda.

### MAGNESIA USTA.

Magneſiam albam in crucibulo igne forti calcina, et poſt uſtionem, quam ſufficientem noveris, ubi cum acidis non amplius efferveſcit, vitro ſollicite clauſo ſerva.

PRAEPARATA

# PRAEPARATA E CALCE ET SULPHURE.

## AQUA CALCIS.

℞ Calcis recens uſtae libram unam,
Aquae purae libras ſedecim.

Calci affunde gradatim aquam, ſubinde agitans, et, poſtquam calor deſerbuerit, ſepone vaſe clauſo, ac tandem ad uſum tempore cola.

## HEPAR SULPHURIS CALCAREUM.

℞ Teſtarum oſtrearum in pulverem redactarum,
Florum ſulphuris, pondera paria.

Miſta in crucibulo calcina duodecim horae minuta. Reſiduum in vaſe vitreo bene obturato ſerva.

LIQUOR

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0140-5
DFG

## LIQUOR PROBATORIUS HAHNEMANNI.

### AQUA HEPATICA ACIDULATA.

℞ Hepatis ſulphuris calcarei drachmas duas,
Cremoris tartari drachmas ſeptem,
Aquae deſtillatae uncias ſedecim.

Hepar ſulphuris et cremorem tartari ſeparatim in pulverem redige, et in phialam immitte, quam, affuſâ aquâ, occlude, ac post debitam agitationem ſepone, ut liquor quieſcat, qui limpidus ſupernatans in phiala probe clauſa ad uſum ſervetur.

Liquor hic non diu paratus exhiberi debet.

## LIQUOR PROBATORIUS WIRTEMBERGICUS.

℞ Auripigmenti unciam unam,
Calcis vivae uncias duas,
Aquae deſtillatae libram unam.

Auripigmento et calci ſeorſim in pulverem redactis, dein miſtis, affunde aquam, et digere horas duodecim. Ut autem liquor purus integris viribus diu ſervari poſſit, in phialas vitreas minimas, probe obturandas, transfunde.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0141-0 DFG

# PRAEPARATA METALLICA.

## LAPIS INFERNALIS.

### CAUSTICUM LUNARE. SAL ARGENTI. ARGENTUM NITRATUM.

℞ Argenti probe cupellati unciam unam,
Spiritus nitri quantum ſatis ſit.

Argentum acido nitroſo in phiala vitrea leni calore ſolve, ac per evaporationem ſolutionem fere ad ſiccitatem redige. Tum maſſam, crucibulo capaci inditam, impone igni, primum leni, ſubinde parum augendo, quoad materia, antea vehementer ebulliens, placide inſtar cerae fluat, hujuſque guttula exemta deprehendatur post refrigerationem debitam duritiem acquirere; tum maſſam effunde in modiolos ferreos cylindricos, ſebo prius inunctos, ut formas ad uſum idoneas induat. Frigefacta vero materies in vitro probe clauſo ſervetur.

## PLUMBUM USTUM.

℞ Plumbi quantum velis.

Huic in cochleari ferreo liquefacto adjice aliquid ſulphuris, maſſam, dum ardet, agitans; dein, flammâ ceſſante, novum injice ſulphur, atque ita perge, donec omne plumbum in calcem converſum ſit, quam in pulverem tritam per cribrum ſubtiliſſimum cerne.

## ACETUM LITHARGYRI.

ACETUM SATURNINUM. AQUA LITHARGYRI ACETATA.

℞ Lithargyri ſemilibram,
Aceti vini libras duas.

Digere, ſubinde agitans, donec acetum acorem amiſerit, quod noveris, ubi chartae color coeruleus ab aceto non mutabitur; tum liquor per ſubſidentiam clarus reddatur.

## EXTRACTUM SATURNI.

℞ Lithargyri quantum velis,
Aceti deſtillati quadruplum.

Coque leni igne in vaſe figulino, uſque dum acetum acorem amiſerit; dein per chartam colatum evaporet ad mellis ſpiſſitudinem.

## SACCHARUM SATURNI.

SAL PLUMBI. SAL SATURNI. CERUSSA ACETATA.

℞ Ceruſſae quantum velis,
Aceti deſtillati decuplum.

Coque ceruſſam cum aceto in vaſe figulino, quoad acetum acorem amiſerit; dein acetum per chartam colatum leni calore evaporet, uſque dum cuticula appareat, tumque iterum colatum loco frigido ſeponatur, ut fiant cryſtalli.

## CUPRUM AMMONIACUM.

℞ Vitrioli caerulei puriſſimi partes duas,
Florum ſalis ammoniaci volatilium partes tres.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0144-8
DFG

Diligenter ſubige in mortario vitreo, donec, finitâ omni effervescentiâ, placide coëant in maſſam violaceam, quae, chartâ bibulâ obvoluta, primum ſuper lapidem cretaceum, dein leni calore exſiccata, in vaſe vitreo bene obturato ſervetur.

## LIMATURA MARTIS PURIFICATA.

Limaturae martis, ſuperimpoſito cribro rariore, admoveatur ſupra cribrum magnes, ut trans hoc limatura tenuior ſurſum attrahatur.

## RUBIGO MARTIS.

Limatura martis purificata ſaepius aceto humectetur, et ſolis calori exponatur, ut fatiſcat in rubiginem, quae in pollen teratur.

## TINCTURA MARTIS CUM ACETO.

℞ Aceti vini libras duas,
Limaturae martis purificatae uncias duas.

Coque leni igne in olla ferrea ad dimidiam liquoris partem, et tincturam per chartam colatam ſerva.

## TINCTURA MARTIS APERIENS SIVE TARTARISATA.

℞ Limaturae martis purificatae ſemilibram,
Cremoris tartari libram unam,
Cinerum clavellatorum depuratorum quantum ſatis ſit ad ſaturationem,
Aquae purae libras decem.

Probe miſta coque viginti quatuor horas, addendo ſubinde tantum aquae, quantum decoctione abſumtum fuerit; dein liquor per chartam colatus evaporet, uſque dum hujus pondus ſit duarum librarum.

## TINCTURA MARTIS ADSTRINGENS.

### TINCTURA MARTIS CUM SPIRITU SALIS. TINCTURA FERRI MURIATI.

℞ Rubiginis martis uncias tres,
Spiritus ſalis quantum ſufficiat, ad ſolvendum ferrum.

Digere

Digere leni calore, et ſolutioni adde

Spiritus vini rectificati quantum ſufficiat, ut ſint totius liquoris librae duae et dimidia.

## FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES.

### AROPH PARACELSI. SAL AMMONIACUM MARTIALE. FLORES MARTIALES. FERRUM AMMONIACALE.

℞ Lapidis haematitis in pulverem ſubtiliſſimum redacti,
Spiritus ſalis marini, utriuſque uncias duas,
Salis ammoniaci in pulverem triti uncias ſedecim.

Lapidem haematiten cum ſpiritu ſalis in mortario lapideo contere; dein adde ſalem ammoniacum, et immitte maſſam in phialam amplam, ac ſublima balneo arenae. Curandum vero est, ut ignis probe moderetur, quod niſi fit, ſolus ſal ammoniacus in ſublime rapitur; quapropter primum quidem gradatim, ſatis tamen ſubito ita augeatur, ut phialae fundus pene rubeat.

LIQUOR

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0147-5
DFG

## LIQUOR STYPTICUS.

Materia poſt ſublimationem florum ſalis ammoniaci martialium in fundo retortae reſidua, fuſca, ſubauſtera, non abluta, aëri humido expoſita deliqueſcat in liquorem aurantii coloris, ſpiſſum, adſtringentem.

## TINCTURA FLORUM SALIS AMMONIACI MARTIALIUM.

℞ Florum ſalis ammoniaci martialium unciam unam,
Spiritus vini rectificatiſſimi uncias quinque.

Probe miſce, et leniſſimo calore tincturam aurantii coloris extrahe, quae filtrata ſeponatur.

## VITRIOLUM MARTIS.

SAL MARTIS. SAL CHALYBIS. FERRUM VITRIOLATUM.

℞ Limaturae martis purificatae ſemilibram,

Olei

Olei vitrioli, quadruplo aquae deſtillatae pondere diluti,
quantum ſufficiat, ut ſolvatur ferrum.

Miſtis oleo vitrioli et aquae injice per vices limaturam ferri, et cum ferrum ſolutum fuerit, adde aquae deſtillatae libras tres; deinde miſturam poſt debitam exhalationem per chartam cola, ac loco frigido ſepone, ut cryſtalli concreſcant.

## VITRIOLUM MARTIS CALCINATUM.

℞ Vitrioli martis quantum velis.

In vaſe fictili non vitreato calcina igne modico, donec albeſcat, et ſicciſſimum fiat. Ubi calcinatio protrahitur, uſque dum pulvis rubrum acquiſiverit colorem, vocatur COLCOTHAR VITRIOLI.

## MERCURIUS PURIFICATUS.

℞ Mercurii vivi,
Ramentorum ferri, pondera paria.

Tere ſimul, et deſtilla e retorta ferrea vel vitrea in vas recipiens vitreum, cui aqua ſit indita.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0149-9 DFG

## LIQUOR MERCURIALIS.

Solve leni calore in ſpiritu nitri tantum mercurii, quantum in eo ſolubile ſit, et ſolutioni adhucdum calenti adde aquae deſtillatae pondus duodecuplum.

## AETHIOPS MINERALIS.

### HYDRARGYRUS CUM SULPHURE.

℞ Mercurii purificati,
Florum ſulphuris, paria pondera.

Tere in mortario vitreo vel marmoreo piſtillo vitreo, donec globuli mercuriales viſum penitus effugerint.

## MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

### MERCURIUS CORROSIVUS ALBUS. HYDRARGYRUS MURIATUS.

℞ Mercurii purificati uncias quatuor,
Spiritus nitri quantum ſufficiat, ut ſolvatur mercurius,

Salis marini decrepitati, in pulverem ſubtiliſſimum triti,
Vitrioli martis calcinati, in pulverem ſubtiliſſimum triti,
utriuſque uncias quinque.

Solve mercurium in ſpiritu nitri. Solutio evaporet in maſſam albam penitus ſiccam, cui probe tritae adde ſalem marinum et vitriolum. Haec, ubi bene commiſta fuerint, immitte per conum chartaceum in phialam vitream chemicam, cujus fere dimidiam partem impleant; et ex arena, primum igne leni, poſtea ſenſim augendo, ſublima. Finitâ ſublimatione, confringatur phiala, et maſſa eximatur albiſſima ſplendenſque, probe ſeparanda a materia rubra, circa fundum haerente, quae rejicienda.

## MERCURIUS DULCIS SIVE CALOMELAS.

℞ Mercurii ſublimati corroſivi, in mortario vitreo triti,
libram unam,
purificati uncias decem et dimidiam.

Tere ſimul in mortario vitreo, ope piſtilli vitrei, addens ſubinde pauxillum aquae, donec mercurii globuli penitus diſparuerint. Tum immitte in phialam, cujus tertiam tan-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0151-6 DFG

tum partem impleant, cono chartaceo leviter claudendam. Atque ita fiat ſublimatio ex arena primum leni igne, dein augendo, ut post ſeſquihoram ſit maxime intenſus, qui eodem gradu retineatur, uſque dum nihil amplius adſcendat. Sublimatione ſic peractâ, confringatur phiala, et pulvis rubens circa fundum, albicanſque circa collum pariter rejiciatur. Materia ſublimata in pulverem redacta, ter denuo eadem ratione ſublimetur.

## MERCURIUS PRAECIPITATUS ALBUS.

### MERCURIUS PRAECIPITATUS. CALX HYDRARGYRI ALBA.

℞ Mercurii purificati uncias duas,
Spiritus nitri quantum ſufficiat, ut ſolvatur mercurius,
Aquae deſtillatae uncias viginti.

Mercurio in ſpiritu nitri ſoluto adde aquam, et ſolutionem per chartam cola; dein inſtilla ſalem marinum, in aquae deſtillatae ſextuplo ſolutum, quouſque nihil amplius praecipitetur. Praecipitatus pulvis probe ablutus et ſiccatus ſervetur ſub titulo uſitato MERCURII PRAECIPITATI ALBI.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0152-2
DFG

ALBI. Liquori, ex quo mercurius praecipitatus fuit, paulatim affunde ſpiritum ſalis ammoniaci, quamdiu dejicitur pulvis albus, qui ſaepius aqua calida ablutus, quoad haec nullum amplius ſaporem contrahat, ac leni calore exſiccatus, diſtinctionis cauſâ, CALX MERCURII ALBA vocetur.

## MERCURIUS PRAECIPITATUS RUBER.

### MERCURIUS CORROSIVUS RUBER. HYDRARGYRUS NITRATUS RUBER.

℞ Mercurii purificati quantum velis,
Spiritus nitri quantum ſufficiat, ut ſolvatur mercurius.

Mercurio in ſpiritu nitri ſoluto, lento igne vaporet ſolutio in maſſam albam ſiccam, quae in pulverem trita et cucurbitae vitreae indita torreatur igne ſenſim aucto, donec vas antea vaporibus repletum pellucere incipiat, et maſſa in ſquamas rubras ſplendentes abeat.

## TURPETHUM MINERALE.

### MERCURIUS CORROSIVUS FLAVUS. MERCURIUS FLAVUS. HYDRARGYRUS VITRIOLATUS.

℞ Mercurii purificati uncias duas,
Olei vitrioli uncias quatuor.

Mercurio in vaſe vitreo adde oleum vitrioli, et miſta gradatim incaleſcant, donec in materiam albam coëant, quam igne forti penitus exſicca. Haec materia, plurimâ aquâ deſtillatâ affuſâ, ſtatim flaveſcet, et in pulverem fatiſcet, quem in mortario vitreo cum hac aqua diligenter tere. Poſtquam pulvis ſubſederit, aquam effunde, et plus aquae deſtillatae aliquoties adjiciens lava materiam, quoad ſaporis ſit expers.

## FLORES ZINCI.

### CALX ZINCI. ZINCUM CALCINATUM.

Zinci fruſtula in crucibulum capax candens altum et inclinatum per vices injice. Ardens metallum elevabit flores, quos exime, ne aëris acceſſus impediatur; dein horum partem albam et leviorem per cribrum cerne.

## CALX ZINCI PER PRAECIPITATIONEM.

℞ Zinci unciam unam,
Olei vitrioli, quadruplo aquae deſtillatae pondere diluti, quantum ſufficiat, ut ſolvatur zincum,
Aquae deſtillatae libras octo.

Zincum

Zincum in acido ſolve, et ſolutioni per chartam colatae adde aquam; dein paulatim adjice oleum tartari per deliquium, uſque dum nulla amplius fiat praecipitatio. Tum liquorem per chartam cola, et calcem, ſaepius aqua calida ablutam, leni calore exſicca.

## ANTIMONIUM PRAEPARATUM.

Antimonium in mortario ferreo in pulverem tritum, et ſuper porphyriten cum pauxillo aquae laevigatum, in vas amplum immitte. Tum aquam affunde, quam, vaſe ſaepius agitato, polline onuſtam elutria. Quieſcente aquâ, ſubſidit pulvis ſubtilis, qui exſiccetur. Pulvis vero craſſus, quem aqua ſuſtinere nequit, iterum laevigetur, et eodem modo tractetur.

## AETHIOPS ANTIMONIALIS.

℞ Antimonii praeparati uncias tres,
Mercurii purificati uncias quatuor,
Florum ſulphuris uncias duas.

In mortario vitreo tere in pulverem nigrum, donec mercurii globuli penitus diſparuerint.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0155-9
DFG

## ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

### CALX ANTIMONII. ANTIMONIUM CALCINATUM. CALX ANTIMONII NITRATA.

℞ Antimonii in pulverem triti partes duas,
Nitri puri in pollinem triti partes ſex.

Bene miſta injice parca copia ſimul in crucibulum candefactum, ut omnis materia deflagret, ſemper curâ adhibitâ, ne novam injicias, niſi prior pars perfectiſſime prius deflagraverit. Detine tum materiam quadrantem horae in igne, ut maneat crucibulum candens. Frigeſcant tunc omnia. Maſſa alba, dura, quam obtinueris, e crucibulo eximenda, vocatur ANTIMONIUM DIAPHORETICUM NON ABLUTUM, quod in vaſe vitreo bene obturato ſervetur, ne morâ humiditatem aut acrimoniam contrahat. Ut vero ANTIMONIUM DIAPHORETICUM ABLUTUM obtineas, maſſam candentem immitte in aquam deſtillatam fervidam, et baculo agita; dein quiete calx alba ſubſidat, et liquor ſupernatans effundatur; calcem vero albam ſaepius aqua ablue, quoad haec nullum amplius ſaporem contrahat, et in umbra ſiccatam in vitro obturato aſſerva.

VITRUM

## VITRUM ANTIMONII.

### ANTIMONIUM VITRIFICATUM.

℞ Antimonii quantum velis.

In pulverem contritum ſterne ſuper vas fictile, non vitreatum, parum altum, ignemque ſuppone lenem, ut antimonium lente caleſcat; pulverem interea aſſidue piſtillo vitreo aut ſiſtula tabacaria agita, ne in grumos coëat. Vapores ex eo orientur, ſulphur olentes, qui cum, eodem ignis gradu, deficiunt, ignem aliquantum auge, ut iterum prodeant; atque ita perge, quouſque pulvis nullos amplius vapores emittat. Calcem hanc crucibulo candenti inditam, adaptato operculo, funde igne vehementi, donec vitri liquefacti ſpeciem induat; dein maſſam liquatam effunde ſuper marmor calefactum. Lente autem frigeſcant omnia, ne vitrum diſſiliat.

## VINUM ANTIMONIALE HUXHAMI.

℞ Vitri antimonii, in pulverem ſubtiliſſimum triti, unciam unam,

Vini Hiſpani libras duas.

Digere dies duodecim, ſubinde agitans; dein ſepone, ut ſubſidat, et vinum perfecte limpidum fiat, quod prudenter decantatum per chartam cola, et in vitro bene obturato ſerva.

## TARTARUS EMETICUS.

### TARTARUS ANTIMONIALIS. ANTIMONIUM TARTARISATUM.

℞ Vitri antimonii, in pulverem tenuiſſimum triti, uncias tres,
Cremoris tartari ſemilibram,
Aquae purae libras ſex.

Vitrum antimonii et cremorem tartari, ſeorſim bene trita, dein miſta coque horas duodecim in vaſe figulino vitreato, prouti aqua evaporaverit, ſubinde adjiciens calidam, ut cremor tartari ſemper ſolutus ſit; et ſolutionem ferventem per chartam cola. Dein colatus liquor cito evaporet in vaſe figulino vitreato, amplo, parum alto, ad ſiccitatem, ſedulâ adbibitâ agitatione. Tandem materiam frigefactam curate tere in pulverem ſubtiliſſimum, quem in vitro bene clauſo ſerva.

KERMES

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0158-6
DFG

## KERMES MINERALE.

℞ Antimonii in pulverem triti uncias quatuor,
Cinerum clavellatorum depuratorum uncias ſedecim,
Aquae purae quantum ſufficiat.

Miſta coque trihorium in olla ferrea, uſque dum lixivii librae octo ſuperſint; dein liquorem fervidum per chartam cola, ac ſepone. Refrigerato liquore, qui ſubſidit pulvis rubicundi coloris, per chartam ſeparetur, et aqua ſaepius ablutus ſiccetur. Cum liquore filtrato, aqua diluto, et reſiduo antimonio, eadem operatio repeti poteſt, quamdiu ſimilis obtinetur pulvis.

## SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

### SULPHUR ANTIMONII PRAECIPITATUM.

℞ Antimonii in pulverem triti uncias duas,
Florum ſulphuris uncias tres,
Lixivii cauſtici,
Aquae purae utriuſque libras quinque.

Miſta coque aſſidue agitans in olla ferrea, uſque dum dimidia liquoris pars conſumta fuerit. Lixivium etiamnum

ſervens per chartam cola, ac liquori, additis aquae deſtillatae libris duodecim, inſtilla paulatim ſpiritum vitrioli, quamdiu aliquid ſulphuris praecipitabitur. Sulphur praecipitatum per chartam ſeparetur, ac deinde aqua calida diligenter abluatur, et leni calore ſiccetur.

## BUTYRUM ANTIMONII.

### CAUSTICUM ANTIMONIALE. ANTIMONIUM MURIATUM.

℞ Vitri antimonii uncias quatuor,
Salis marini decrepitati uncias ſedecim,
Olei vitrioli,
Aquae purae, utriuſque uncias octo.

Vitrum et ſalem ſeparatim in pulverem trita et commiſta immitte in retortam vitream tubulatam, ac dein affunde oleum vitrioli, aqua prius dilutum; tum adaptato excipulo, omnibuſque commiſſuris bene lutatis, deſtilla e balneo arenae igne leni, ſed ſenſim augendo, uſque dum nihil amplius liquidi prodeat. Liquidum, quod prodiit, ſtatim effunde, et in lagena epiſtomio vitreo bene munita ſerva.

REGULUS

## REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS.

℞ Antimonii uncias quinque,
Salis marini decrepitati uncias quatuor,
Cinerum clavellatorum depuratorum unciam unam.

In pulverem redacta et miſta funde in crucibulo, ac fuſa effunde in conum fuſorium; dein regulum a ſcoriis ſepara, in pulverem craſſum contunde, et aqua pura ablutum ſerva.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0161-2 DFG

# PULVERES.

## PULVIS ANTISPASMODICUS.

### PULVIS NITROSUS CINNABARINUS.

℞ Nitri puri unciam unam,
Tartari vitriolati ſemunciam,
Cinnabaris factitiae drachmas duas.

In pulverem trita miſce.

## PULVIS ARI COMPOSITUS.

℞ Radicis ari recens ſiccatae drachmas duas,
calami aromatici recens ſiccatae,
pimpinellae albae, utriuſque drachmas tres,
Cinnamomi ſcrupulos duos,
Tartari vitriolati drachmas duas.

In pulverem trita miſce, et vaſe bene clauſo ſerva.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0162-7
DFG

## PULVIS AROMATICUS.

℞ Cinnamomi,
Nucis moſchatae,
Seminum cardamomi minoris, demtis capſulis,
Radicis zingiberis pondera paria.

In pulverem ſimul trita vaſe bene clauſo ſerventur.

## PULVIS E CHELIS CANCRORUM COMPOSITUS.

℞ Chelarum cancrorum praeparatarum uncias duas,
Coralliorum rubrorum praeparatorum unciam unam,
Magneſiae albae ſemunciam.

Miſce.

## PULVIS COMITISSAE KANTII.

℞ Chelarum cancrorum uncias duas,
Lapidum cancrorum,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0163-3

Coralliorum rubrorum,
Margaritarum, ſingulorum ſemunciam,
Cornu cervi uſti,
Succini albi, utriuſque drachmas duas,
Radicis contrajervae ſcrupulos octo,
Lapidis bezoar Orientalis,
Carnis viperinae, utriuſque ſcrupulos quatuor,
Foliorum auri ſcrupulum unum.

Terreſtria et ſuccinum ſuper porphyriten cum pauxillo aquae in pulverem impalpabilem, nullum ſub dentibus ſtridorem edentem, laevigata, et reliqua in pulverem ſubtiliſſimum redacta miſceantur.

## PULVIS DIATRAGACANTHAE.

℞ Gummi Arabici,
tragacanthae,
Amyli, ſingulorum unciam unam,
Sacchari puriſſimi uncias duas.

In pulverem redacta miſce.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0164-9
DFG

## PULVIS DOVERI.

### PULVIS IPECACOANNAE COMPOSITUS. PULVIS IPECACOANNAE THEBAÏCUS. PULVIS SUDORIFICUS.

℞ Radicis ipecacoannae,
Opii puri, utriuſque ſcrupulum unum,
Tartari vitriolati drachmas tres.

Probe trita et miſta redige in pulverem.

Grana undecim continent opii granum unum.

## PULVIS FUMALIS.

℞ Benzoës,
Succini,
Maſtiches, ſingulorum drachmas ſex,
Styracis calamitae ſemunciam,
Cinnamomi drachmas duas,
Caryophyllorum aromaticorum drachmam unam.

In pulverem craſſum trita miſceantur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0165-5
DFG

## PULVIS E MYRRHA COMPOSITUS.

℞ Myrrhae ſemunciam,
Opoponacis,
Sagapeni,
Caſtorei, ſingulorum drachmas duas,
Olei menthae,
rutae, utriuſque guttas quatuor.

In pulverem trita miſce, et vaſe probe clauſo ſerva.

## PULVIS STERNUTATORIUS.

### PULVIS ASARI COMPOSITUS.

℞ Foliorum exſiccatorum aſari,
majoranae,
mari Syriaci,
Florum ſiccatorum lavendulae, pondera paria.

Omnia ſimul in pulverem tere.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0166-1
DFG

## SIEF ALBUM SIVE SPECIES TROCHISCORUM ALBORUM RHAZIS.

℞ Ceruſſae, aqua roſarum lotae, drachmas decem,
Amyli ſemunciam,
Gummi Arabici,
tragacanthae, utriuſque drachmas duas,
Camphorae, cum pauxillo ſpiritus vini tritae, ſemidrachmam.

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus, vaſe probe clauſo ſervandus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0167-6
DFG

# TROCHISCI.

## TROCHISCI ANTHELMINTICI PURGANTES.

℞ Scammonii praeparati,
Mercurii dulcis, utriuſque drachmas tres,
Sacchari puriſſimi uncias quatuor.

In pulverem trita curate miſce, et ope mucilaginis gummi tragacanthae fiant trochiſci, ſemidrachmam, ſcrupulos duos et drachmam unam pendentes.

## TROCHISCI BECHICI ALBI.

℞ Gummi Arabici,
Sacchari puriſſimi, utriuſque ſemilibram.

Solve in parva aquae copia, et cola. Solutio colata ſuper ignem evaporet, adhibitâ agitatione; ſub finem admiſce albuminis ovorum, aquâ naphae ſubacti, uncias quatuor, ut fiant trochiſci.

TROCHISCI

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0168-2
DFG

## TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞ Succi liquiritiae,
Gummi Arabici, utriuſque uncias quatuor,
Sacchari puriſſimi uncias octo.

Solve aqua calida, et cola: ſolutio colata leni calore evaporet in maſſam formandis trochiſcis idoneam.

## TROCHISCI CATECHU.

℞ Catechu,
Gummi Arabici, utriuſque uncias duas,
Sacchari puriſſimi uncias octo.

Tere ſimul, et cum aqua roſarum redige in trochiſcos.

## TROCHISCI E SULPHURE.

℞ Florum ſulphuris uncias duas,
Sacchari puriſſimi uncias quatuor.

Simul contrita ope mucilaginis gummi tragacanthae ſiant trochiſci.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0169-0 DFG

# PILULAE.

## PILULAE ALOËTICAE.

℞ Aloës Socotorinae tritae,
Extracti gentianae pondera paria.

Miſce, et redige in maſſam pilulis formandis idoneam.

## PILULAE COCCIAE.

### PILULAE E COLOCYNTHIDE CUM ALOË.

℞ Aloës Socotorinae,
Scammonii praeparati, utriuſque unciam unam,
Salis polychreſti drachmam unam,
Colocynthidis ſemunciam,
Olei caryophyllorum aromaticorum ſemidrachmam.

Aloë et ſcammonium cum ſale in pulverem redigantur; dein colocynthis in pulverem ſubtiliſſimum trita et oleum admiſceantur; tumque mucilagine gummi Arabici fiat maſſa.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0170-2
DFG

## PILULAE EXTRACTI CATHOLICI.

℞ Extracti aloës gummoſi unciam unam,
hellebori nigri drachmas duas,
colocynthidis drachmam unam,
Scammonii praeparati drachmas tres.

Miſce in maſſam pilulis formandis idoneam.

## PILULAE GUMMOSAE.

℞ Aſae foetidae,
Galbani,
Myrrhae, ſingulorum ſemunciam,
Olei ſuccini rectificati ſemidrachmam.

Miſce, et ope ſpiritus vini fiat maſſa pilulis formandis idonea.

## PILULAE MAJERNAE.

℞ Radicis cichorei,
Herbae cardui benedicti,
Summitatum centaurii minoris, ſingularum uncias duas,
Aquae purae quantum ſatis ſit.

Coque

Coque horam, uſque dum liquoris librae quatuor ſuperſint; in liquore colato digere horam

Foliorum ſennae mundatorum,

Rhei ſciſſi, ſingulorum drachmas ſex,

liquorem denuo colatum decoque ad uncias octo, cui admiſce

Extracti aloës aquoſi uncias quatuor;

ac dein leniſſimo igne evaporent in maſſam pilularem, cui tandem adde

Olei deſtillati macis ſemidrachmam.

## PILULAE RUFFI.

℞ Aloës Socotorinae unciam unam,

Myrrhae ſemunciam,

Croci drachmas duas.

Simul trita miſce, et ope ſpiritus vini fiat maſſa pilulis formandis idonea.

## PILULAE SCILLITICAE.

℞ Gummi ammoniaci in pulverem triti,

Scillae recentis parum ſiccatae, utriuſque ſemunciam,

Pulveris cardamomi minoris drachmas duas.

Contunde

Contunde in mortario lapideo ſcillam; dein adde pulveres, ut fiat maſſa formandis pilulis idonea, quae, ſi nimis ſpiſſa evaſerit, addito tantillo oxymellis ſcillitici mollior reddatur.

## PILULAE DE SUCCINO.

℞ Succini praeparati ſeſcunciam,
Maſtichis unciam unam,
Aloës Socotorinae uncias duas et dimidiam,
Radicis ariſtolochiae rotundae drachmas duas,
Tincturae ſuccini quantum ſatis ſit.

In pulverem trita miſce, et ope tincturae ſuccini redige in maſſam pilulis formandis idoneam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0173-9

# ELECTUARIA.

## ELECTUARIUM DIAPRUNUM SIVE LENITIVUM.

℞ Pulpae prunorum Gallicorum libram unam,
caſſiae fiſtulae,
tamarindorum, utriuſque uncias duas et dimidiam,
Foliorum ſennae uncias quatuor,
Seminum coriandri ſemunciam,
Syrupi ſimplicis libram unam.

Folia ſennae et ſemen coriandri in pulverem tenuem trita, reliquis admiſce.

## ELECTUARIUM DIASCORDIUM.

℞ Foliorum ſcordii,
Catechu,
Radicis tormentillae, ſingulorum in pulverem tritorum, uncias duas,
Nucis moſchatae,
Cinnamomi,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0174-5

Gummi Arabici, ſingulorum in pulverem tritorum, unciam unam,
Opii puri, in vino Hiſpano diffuſi, ſeſquidrachmam,
Mellis roſarum uncias viginti octo.

Opium cum melle bene commiſtum adde reliquis.

Scrupuli decem continent circiter opii granum unum.

## THERIACA.

℞ Pulveris aromatici ſemilibram,
Radicis ſerpentariae Virginianae, in pulverem tenuem tritae, uncias tres,
Opii puri, in vino Hiſpano diffuſi, drachmas tres,
Mellis deſpumati uncias viginti octo.

Opium cum melle bene commiſtum adde reliquis.

Uncia una continet opii grana circiter quinque.

## THERIACA DIATESSARON.

℞ Radicis ariſtolochiae rotundae,
gentianae,

Baccarum lauri,
Myrrhae, ſingulorum in pulverem tritorum, uncias duas,
Mellis deſpumati libras duas.

Miſce.

## CONFECTIO ALKERMES.

℞ Syrupi granorum kermes ſeſquilibram,
Ligni aloës,
Cinnamomi, utriuſque drachmas ſex.

Syrupo calefacto et paulum ſpiſſato adde reliqua, prius in pulverem redacta. Si CUM AMBRA praeſcribitur, cuilibet confectionis unciae addi debent ambrae grana octo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0176-6

# LIQUORES MISTI AD USUS EXTERNOS.

## AQUA DIVINA FERNELII.

℞ Mercurii ſublimati corroſivi drachmam unam,
Aquae deſtillatae libram unam.

Miſce.

## AQUA PHAGADAENICA.

℞ Mercurii ſublimati corroſivi ſemidrachmam,
Aquae calcis libram unam.

Miſce.

## AQUA SAPPHIRINA.

℞ Aquae calcis uncias octo,
Salis ammoniaci ſcrupulos duos,
Aeruginis tritae grana quatuor.

Miſce, et post horas viginti quatuor cola.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0177-2

## AQUA VEGETO-MINERALIS.

### AQUA SATURNINA. AQUA LITHARGYRI ACETATI COMPOSITA.

℞ Aquae deſtillatae libras duas,
Spiritus vini tenuioris unciam unam,
Aceti lithargyri ſemunciam.

Miſce.

## SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞ Spiritus vini rectificati libras duas,
Camphorae uncias duas.

Miſce.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0178-8
DFG

# OLEA INFUSA COCTA.

## OLEUM ABSINTHII.

℞ Summitatum abſinthii inciſarum libram unam,
Olei olivarum libras tres.

Macera aliquot dies in phiala vitrea loco calido; deinde oleum coque ad aquoſae partis conſumtionem, tandemque exprimendo cola.

Eodem modo parantur

OLEUM CHAMAEMELINUM, e floribus,
HYPERICI, e ſummitatibus,
LILIORUM ALBORUM, e petalis.

BALSAMA,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0179-6
DFG

# BALSAMA, LINIMENTA, UNGUENTA.

## BALSAMUM ARCAEI.

### UNGUENTUM ELEMI COMPOSITUM. UNGUENTUM ELEMI.

℞ Elemi,
Terebinthinae Venetae,
Sevi ovilli praeparati,
Axungiae porci praeparatae, ſingulorum pondera paria.

Leniſſimo igne ſoluta et per pannum colata, aſſidua trituratione agita, donec refrixerint.

## BALSAMUM LOCATELLI.

℞ Cerae flavae uncias quatuor,
Olei olivarum,
Terebinthinae Venetae, utriuſque ſemilibram,
Santali rubri,
Balſami Peruviani, utriuſque unciam unam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0180-7
DFG

Cerae et oleo leni igne ſimul liquefactis admiſce terebinthinam et ſantalum, ſedulo agitans, ac tandem, poſtquam ſatis refrixerint, adde balſamum.

## BALSAMUM SATURNINUM.

℞ Cerae albae uncias quatuor,
Olei olivarum libram unam,
Extracti ſaturni ſemilibram,
Camphorae ſemunciam.

Cerae cum oleo liquatae admiſce extractum ſaturni, ac poſt refrigerationem adde camphoram pauxillo olei ſolutam.

## BALSAMUM SULPHURIS.

### OLEUM SULPHURATUM.

℞ Florum ſulphuris partem unam,
Olei olivarum partes octo.

Flores ſulphuris coque leniſſimo igne cum oleo, ut in unum coëant.

## LINIMENTUM VOLATILE.

### LINIMENTUM AMMONIAE.

℞ Olei olivarum partes tres,
Spiritus ſalis ammoniaci partem unam.

Agita ſimul in phiala, donec miſceantur.

## LINIMENTUM VOLATILE FORTIUS.

### LINIMENTUM AMMONIAE FORTIUS.

℞ Olei olivarum partes duas,
Spiritus ſalis ammoniaci cum calce viva parati partem unam.

Agita ſimul in phiala, donec miſceantur.

Nota. Linimenta haec ad uſum tempore paranda ſunt.

## UNGUENTUM SIMPLEX.

℞ Olei olivarum partes quinque,
Cerae albae partes duas.

Leni igne ſimul liquata agita, donec refrixerint.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30958-p0182-9

## UNGUENTUM AEGYPTIACUM.

### OXYMEL AERUGINIS.

℞ Aeruginis praeparatae uncias quinque,
Mellis communis uncias quatuordecim,
Aceti vini uncias ſeptem.

Coque lento igne, diligenter agitans, ad unguenti ſpiſſitudinem.

## UNGUENTUM ALBUM.

### UNGUENTUM E CERUSSA.

℞ Unguenti ſimplicis partes tres,
Ceruſſae, in pulverem ſubtiliſſimum tritae, partem unam.

Unguento leni igne liquefacto admiſce, diligenter agitans, ceruſſam. Addendo cuilibet hujus unguenti unciae camphorae ſcrupulum dimidium, habebis

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
